**Missus** sū ad petitiōem tuā implendā. **Elige** aut duob⁹ dieb⁹ esse in purgatorio. aut duob⁹ annis sic infirmari. **Et** ille gauisus elegit primū & mortuus ē & deduct⁹ in ignē purgatorij. **Post** vnā horā diei illius venit āgelus dei quē vidēs dixit: **Quis** es tu? ait **Ego** sū angelus dei q̄ apparui tibi in seculo. **Ait** ille. **Absit** tu nō es āgelus. angeli nō mentiunt̄. tu aut̄ mētus es. **Promisisti** ei mihi qd̄ tm̄ duobus dieb⁹ eē deberē in purgatorio. **Ego** autē fui hic in innumerabilib⁹ annis. **Eccē** si tāta est pena ignis purgatorij qd̄ vna hora videbat sibi infimū annū: quātā tūc putas esse penā inferni. attendāt hoc pctōres. **Secunda** pena ē frigus. **Vnde** iob. xxxij. c. **Transibunt** ab aquis mūiuz ad calidē mīmū. **Mat. viij.** Ibi erit fletus & stridor dentū. **Flet⁹** erit ibi de fumo ignis. & stridor dentium de mīmio frigore. **ysa. vlt.** Vermis eoz nō morietur. **Vermis** ille nō ē corpālis l̄ materialis. qz nulluz animal ibi remanebit p̄ter hoīem. sed vermis iste est remorsus cōsciētie remordēs animā. **Aug⁹** In inferno si sit stimulus penitentiis. id ē remorsus cōsciētie. nulla tñ erit correctō voluntatis. **ysa. xij.** tortiones interius & dolores exterius sustinebūt & q̄si pturiens dolebūt. **Exemplum** de quodā religioso q̄ audivit aiām deplāgentē dānatiōem suā. req̄re in sermone. **Prepara** te. **Quarta** pena ē fetor scz sulfuris. **Vnde** ps. **Ignis.** grando. mix glacies. spūs p̄cellaz ps calias eoz. **Apo. xx.** Pars illoz erit in stagno ardētī. i. in igne & sulfure. vñ **Bern.** dicit qd̄ nū qd̄ fetuit vnus putrid⁹ camis in cōspectu hominū sicut peccator in cōspectu dei & angelorum. **Deu** qualis erit ibi fetor vbi tot ogregate pctōres. **Peccator** similis ē putredo ouo qd̄ q̄diu integrum est nō fetet. s̄ q̄ndo

frangiē tūc exalat fetor ei⁹ sic pctōr  
 q̄diu uiuit in hoc seculo nō fetet. s̄  
 q̄ndo uenerit in infernū sentiet fetor  
 e⁹ Quinta pena ē fames et sitis **Pa.**  
**lxv.** Serui mei comedēt et uos esurie  
 tis. serui mei bibēt et uos sitietis **Ibi**  
 erit tāta inopia q̄ nec vnā guttam  
 aque habere poterūt. ut p̄ i diuite  
 epulone **Luce. xvi.** vnde **Gre.** Diues  
 ille guttā aq̄ petijt qui p̄us micaz pa  
 nis la; aro negauit **Sexta** pena ē fle  
 tus. **Mat. viij.** **Ibi** erit fletus et strī  
 dor dentiu; **Fletus** ille nō est corporal.  
 sed spūalis. i. dolor interior. q̄ dam  
 nati nō habent lacrimas materiales  
**Per** fletū igiē intelligiē dolor **Ihero**  
**m.** Tāta erit in inferno vis doloris  
 q̄ mēs ad aliud dirigi nō potest nisi  
 ad qd̄ vis doloris repellit **S; si** singu  
 lis dieb⁹ q̄bus erūt damnati in infer  
 no vnā guttā lacrimae emitterēt ma  
 teriale. pl⁹ exirent aq̄ p̄ processu; tē  
 pōis q̄ oīa uasa hui⁹ mundi capere  
 possēt. imo plusq̄ oīa maria aquas  
 contineant. **Septima** pena ē tenebrosi  
 tas. **Mat. xxij.** **Ligatis** manib⁹ et pe  
 dib⁹ mittite euz in tenebras extero  
 res **Vnde gre.** **Ignis** infernal' crema  
 tionē hab; s̄ lumē nō hab;. erit tū  
 i inferno aliquid occulte luminis quo  
 damnati uidere possint vnde doleāt  
 nō vnde letent **Vidēt** ei vsq; ad diē  
 iudicij gloriā beatorū d̄ qua augmē  
 tāē dolor eoz **Octaua** pena ē horroz  
 tā loca q̄ demonū. **Job. x.** **Ibi** sempi  
 tern⁹ horroz inhabitat **Idem. iob. xx**  
**Vadēt** et uenient sup eos horribiles.  
 oēs tenebre abscondite sunt i oculis  
 eius **Exemplū** legiē qd̄ am scā femia  
 habuisse filiū in ordine astercaensi q̄  
 temptatus dixit matri q̄ non posset  
 austeritatē ordinis sustinere **Cui** mī  
**Et** quomodo potes penas inferni sus  
 tinere si apostataueris **Cui** ille. **Ora**  
 p̄ me deū ut modicū possim experiri  
 de penis inferni et orante illa audiuit

fili⁹ horribilem porcorū clamorē et vi  
 debat illi q̄ omne tormētū hui⁹ mū  
 di nō possit horrozi illi cōparari quē  
 habuit ex illo somitu. et cum cum p̄ tē  
 more deficeret confortauit eū mat̄ sua  
 et somit⁹ cessauit et ille in ordine pse  
 ueauit **Si** talē horrozē habuit ex mo  
 dico auditu qualē tunc habebit de  
 visu. q̄ndo videbit tot innumerabi  
 les d̄mones horribilissimos **Rona** pe  
 na ē q̄ mori nō possit **Apo. ix.** **Desi**  
 derabūt mortē et mors fugiet ab eis.  
**Augusti.** **Quare** in inferno mors op  
 tat et nō inuenit. q̄ quib⁹ vita i hoc  
 seculo offertur et nolūt agere penitē  
 tiaz in inferno mortē q̄runt nec pote  
 runt inuenire **Greg.** **Fit** miseris mors  
 sine morte. finis sine fine. defectus si  
 ne defectu. q̄ mors semp̄ uiuit. et fi  
 nis semp̄ inapit. et defect⁹ defice nef  
 cit. mors punit et nō extinguit **Aug⁹**  
**Dolor** pmanet ut affligat et natura  
 p̄urat ut sentiat. q̄ vtrūq; nō defi  
 cit ne pena deficiat. **Job. xx.** **Luet** q̄  
 fecit omnia et tamē nō extinguetur.  
**Glo.** ut sine fine crucietur. q̄ em̄ fu  
 erūt in inferno tot milib⁹ amoz quot  
 sūt stelle in celo. guttas i mari. arene  
 in terra. pulueres in aere. et q̄tum  
 tū possent oēs hoīes numerare i mū  
 do. v̄l cogitare adhuc nō erit finis  
**Attēdant** hoc pctōres qui nolūt hic  
 breuē penā sustinere nec agē p̄niaz.  
**Decima** pena ē defectus oīs spei et cō  
 solationis. vnde **Her.** **Quid** erit auz  
 viderit se ista miserāda cōditio omī  
 spē et cōsolatōne nudatā in illas tene  
 bras exteriores scuti. et ab illa btōz  
 ecclesia p̄petua excogitatione exclu  
 di **Ita** ei p̄uat cōsolatōe oī q̄ nō opa  
 tient eis. s̄ gaudebūt de eoz d̄anatō  
 ne. v̄n p̄ **Letabiē** iust⁹ cū viderit vi  
 dictā **Gre** **Stōz** aīe et si i nature aīe  
 sue boitate miaz hūt **Rā** tūc sue iusti  
 tie diūcte tāta rectitudie cōstringunt  
 ut nlla ad reptos cōpassiōē moueāt

**D**ominica in septuagesima: ser. xli.  
 Sic currite vt ophedatis. i. eho  
 ix. p. cursu istu intelligitur vi  
 ta p. sens Augusti. Quid est  
 aliud vita nra nisi quidaz cursus ad  
 morte. velimus at siue nolum? quali  
 bet die vna dieta facim? ad mortez  
 vnde Job. ix. Dies mei velociores sut  
 cursore Ex quo ergo vita nostra qui  
 da cursus e ad morte: ideo docet nos  
 apls quo debeam? currere dicēs. sic  
 currite vt coprehendatis illum post  
 que curritis quasi diceret. sic viuite  
 in hac vita vt comprehendatis vitam  
 eterna ad qua creati estis Si autem  
 currere volum? vt cophendam? de  
 bemus qtuor modis currere Primo  
 celeriter siue festinant. Perñ. vita  
 breuis est via longa si vis ad meta  
 puenire. incipe celerit currere et trāsi  
 re Ad hoc autē vt celerit curramus  
 sunt duo nobis necessaria Primo vt  
 sim? interi? vacui. secūdo vt simus  
 exterius exonerati Primo dico vt si  
 mus interi? vacui a pctōz sordibus  
 Qui ergo e repletus pctōz sarcinis  
 abicit ea qz nimis graue faciūt ho  
 minē ad cursu Vnde. ps. Sicut on?  
 graue grauate sūt sup me De graue  
 dime pcti dicit Greg. Peccatū qd p  
 penitentia nō delet mox suo pondere  
 ad aliud trahit. sicut patet in dauid  
 qui de acedia siue de ocio cecidit i cō  
 cupiscentiaz: de cupiscentia in adul  
 teriū. de adulterio in homicidiū Itē  
 debemus foris esse exonerati bonis  
 tēpalibus vt possim? eo veloci? cur  
 rere p? christū Vnde petr? Ecce nos  
 reliqimus oia et secuti sum? te Mat.  
 xix. vnde Bern. Bene petre nō ad i  
 spientia tibi. nō em potes euz sequi  
 onerat? Exemplum in adulescēte q  
 oia mādata seruauerat sed abrenū  
 ciatio tēpalium retraxit eū a deo Mat.  
 xix. Exemplū in currētib? qui discal  
 tiāt se. vt veloci? currāt Videamus

ecā exemplū in simeis. que sine cal  
 ceis euadunt. s. cū calceis capiuntur  
 Propterea ait apls Heb. xij. Depo  
 nentes omē pond? malicie scz rerum  
 tēpalium et circūstantias et sine pctō p  
 patientia curram? Istud figuratum  
 est in heliseo q cū araret relictis bo  
 bus cucurrit post heliā Helise? inter  
 pretat saluator. et significat hoiez vo  
 lentē saluare aiā suā. hic debet re  
 linquē res temporales et currere p?  
 helyā. i. xpm Secundo debem? cur  
 re directē Psal. xl. Rectas facite se  
 mitas dei vri. quasi diceret. duz vul  
 tis currere ad deū currite semitas di  
 rigentes vos. i. virtutes Vnde. ps.  
 Ibunt de vtute in virtutē. et videbi  
 tur ab eis deus deoz in syon in diuī  
 na speculatōe Itas semitas dirigē  
 tes ad deū debemus currere. et dimit  
 tere omnes vias quas maior pars  
 populi ambulat scz vias peccatorum  
 q valde late sūt et multi ambulāt per  
 eas sed via dirigēs ad deū arda est.  
 et pauca ambulant p eam Mat. vii.  
 Istud figuratū est i cursu az aelis. q  
 dicit cursor fuisse velocissimus quasi  
 vnus de capreis. ij. Re. ij. Iste cucur  
 rit malū cursū et ad malū finē pduxit  
 Cucurrit em post abner volēs eum i  
 terficere Abner autē fugiēs rogauit  
 eū vt cessaret psequi eū alioquin p  
 foraret eū Cūqz nollet cessare abner  
 vlt ad eū hasta pforauit eū et mortu  
 us est Per az ael intelligit pctōr q  
 curredo de pctō in peccatū videt per  
 sequi abner. i. christū Actū. ix. sau  
 le saule quid me psequeris. sed dñs  
 rogauit eum sepe vt cessaret a cursu  
 maloz et hoc p pdicationes p internā  
 inspiratōem: sed qū videt q nō vult  
 cessare. vertit ad eū hastam districte  
 iusticie. et pfodit eū eternaliter Ter  
 tio debem? currere districte et prude  
 ter debem? vno die sic currere q alio  
 die ecā currere possum? Quidā em  
 f in

fic indistricte currūt vno tempore et postq̄ sic currerūt alio tpe currē n̄ possunt Sicut ille q̄ nimis indistricte volūt viuere et castigant se ieiunjs orationib⁹ et vigiljs q̄ p̄cedēte die nō possūt deo frui. qui q̄dēz indistricte currūt q̄ longe āte tēp⁹ cursū vite implent q̄ndo seip̄os indistricte d̄bilitāt et cōsumunt. extra tales d̄r. **Roma. xij.** Rōnabile obsequi in deo. de talib⁹ d̄r. **Prouer. xix.** Qui nimis festin⁹ est pedib⁹ offēdit. i. ledit se **Glosa.** Ille ex festinatione se offēdit qui ex indiscreta corp̄is maceratione in firmitatē acquirit **Rōn** habz callidus hostis efficac⁹ machinamentum ad tollendā de corpe delectationē quaz si efficere posset vt incaute et sine ratione ambulet **Iste** indiscret⁹ cursus figurat⁹ est. **p̄. Macha. vi.** Cūq̄ antiochus veniret extra filios israhel ad pugnādum cū multis elephantibus Eleaz ar vidēs vnū elephantē eminētiorē p̄fodit eum i vmbilicō et cadēs elephas oppressit euz et mortuus est. Eleaz ar significat hōiēz indiscrete currentē. cū elephantē. i. corp⁹ suū indiscrete occidit ante tēpus suū. ip̄e sub eleuāte cadit. i. animā cū corpore interfiat. qz mortaliter peccat **Caro** eī itā domāda est vt non supbiat. ita nutēda vt nō intereat. **Quarto** debem⁹ currere p̄seuerantē. nō dēmus cessare a bono donec pueniam⁹ ad finē et apprehendam⁹ istud post qd̄ currim⁹. i. vitā eternā **Vñ** apls. i. **Chp. vi.** Sic currite vt cōprehendatis **Mat. x.** q̄ p̄seuerauerit vs̄ i finē hic salu⁹ erit **Ih̄eo.** Rō eī icēpisse. s̄ p̄fēcisti v̄tutis ē **Remigi⁹** Nec inchantib⁹ sed p̄seuerantib⁹ p̄m̄ium t̄buit **Vñ** gre. **In** casū quippe currit si cōptū iter āte terminū deserat **Apl̄s. ij.** **Thi. ij.** **Cursū** cōsummaui. fidē suau. idēo reposita ē mihi corona iusticie **Et** xp̄s dicebat in fine vite sue **Iohan. xvij.**

**Opus** cōsummaui qd̄ dedisti mihi vt factū et xp̄s dixit in hora mortis. cōsummatū est **Rihil** p̄dest cursus bone vite. n̄ cōsummeē bono fine **Nā** si hō cētum ānis bonā vitā habuissz et i fine retroiret eternalit̄ dānaret̄ **De** quo legit̄ exemplū in vitasp̄at̄z **Quidā** latro venit ad quēdāz heremitā multū de peccatis suis cōterēs quē cum de sp̄xisset et in societate suā sumē nollet latro sibi heremitariū facere vellez arbore p̄scidit et p̄scisa cito corruit et oppressit eū. heremita autēz vidit qz angeli aiām e⁹ ad paradisu⁹ deferrebant. et indignās ait qz plus cōsolationis de⁹ fecissz latroni q̄ sibi q̄ viginti annis deo fuiuisset et nunq̄ p̄ angelos cōsolatus fuisset et ex hoc decreuit poti⁹ esse latro q̄ heremita et captus i latricinio. mox suspensus et damnatus fuit. **De euāgelio Ser. lxx.**

**S**imile est regnu celoz hōi m̄i patrifamilias qui exiit p̄mo mane conducere operarios in vineā suam **Mat. xx.** **Breg.** **Paterfamilias** conductor noster est qui habz vineam id est vniuersitatem ecclēsiā. qui ab abel iusto vsqz ad vltimū electū qui i fine mūdi nascitur⁹ est. quot scōs perdidit quasi tot palmites misit **Ad** erudiendum autē do minus plebē suam quasi ad excolendam vineā suāz nullo tempore destitit operarios mittere. quia prius p̄ patres. postea p̄ doctores. deinde p̄ prophetas. ad extremū p̄ apostolos q̄ si p̄ operarios in vinee culture laborauit **Sequitur.** q̄ exiit p̄mo mane cōducere operarios suos in vineā suāz **Mane** fuit ab adā vsqz ad noe **Cō**uētioē at̄ fcā ex denario diuino misit eos in vineā suā **Denarius** h̄z ymaginez. p̄ quaz significat̄ retributio laboris **Et** egressus circa horam tertiā vidit alios stātes i foro ociosos et c̄ h̄p̄ticia fuit a noe vs̄ ad abrahā et dixit.

**I**te vos in vineam meam quod iustus fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem erant circa sextam et nonam horas. et similiter fecit. Sexta hora fuit ab abraham usque ad moysen. Nonam hora a moysen usque ad mortem christi. Circa vnde amam vero erant et alios invenit isoro stantes oculos. Vnde amam hora est ab adventu christi usque ad diem iudicii. Vocat hora tertia. sexta. nona ille hebraicus populus. Ad vnde amam autem gentiles vocant. vnde sequitur. Et dicit illis quid hic statis tota die. id est ab initio mundi usque nunc ocosi. Dixerunt. quia nemo nos adduxit. nemo nobis viam vite predicavit. Nullus ad eam prophetam vel patriarcham venerat ante christum. Dicit ergo eis. Ite et vos in vineam meam. Cum autem sero factum esset. id est cum dies totius mundi ad respectum declinasset. dixit dominus vinee procuratori suo patris filio. et filio spiritus sancti. quia pater operatur per filium. et filius per spiritum sanctum. vel procuratori. id est alicui angelorum. voca operarios et redde illis mercedem suam incipiens a novissimis. A novissimis incipit. quia qui in adventu sunt vocati ad regnum sine aliqua tarditate. venerunt equales his. id est ab initio mundi inceperunt. Omnes quidem idem celum habent. sed stella differt in claritate a stella. Cum ergo venisset quae circa vnde amam horam venerat scilicet gentiles acceperunt et ipsi singulos denarios. id est eandem conformitatem cum his. qui ab initio mundi sunt vocati. Venientes autem primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt et ipsi singulos denarios. id est singuli acceperunt unum denarium tantum sicut alij. id est eandem beatitudinem. tantum qui plus merebit in terris plus premium habebit in caelis. Sicut omnes stelle sunt in uno et eodem firmamento. tantumna lucidior est altera. sequitur. Et accipientes murmuraverunt adversus praefamilias dicentes. Qui novissimi una hora fecerunt

aliquid et filios nobis eos fecerunt. qui portaverunt pondus diei et estus. Viginti. Queri potest quomodo murmurat dicitur qui ad regnum celorum vocantur. Celorum enim regnum nullus accipit qui murmurat nihilominus qui accipit murmurare potest. Crisostomus. Non oportet omnia quae in parabola sunt secundum totum quod de investigare sed interpretari propter quae opposita est intelligere et nihil ultra scrutari. Non ergo induat hoc ostendat aliquos esse invidie morsus. sed ostendit hoc tanto peccatos esse horum quod ad invidiam alios poterit generare si invidia in eos esset. Et potest locum ille intelligi sicut ille in euangelio de divite et lazaro dicit. Qui qui volunt ad nos venire non possunt. Sicut enim illi qui nihil volunt nisi quod possunt transire. sicut nec isti murmurant. nec invident quae eterna felicitatem acceperunt. Sed sicut istud conditionaliter intelligitur ac si diceretur si volunt transire non possunt. ita et in hoc loco cum conditione intelligitur quomodo si primi murmurarent adversus praefamilias quod novissimis ipsos pares fecisset. dominus ad instantem eorum quomodo sic respondere posset. Sequitur. At ille respondens unum eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario virum venisti mecum. Non enim promisi tibi conformitatem meam. tolle quod tuum est et vade. reddo enim tibi secundum operum tuum. volo autem huic novissimo dare si curat et tibi. An non licet mihi facere quod volo quasi dicit. nonne potestas iudicis est secundum iustitiam facere. vel misericordiam cui vult impendere. an oculus tuus non est. quia ego bonus sum. quasi diceret. numquam bonitas mea est tibi occasio nequiae. Sequitur. sic erunt novissimi primi. et primi novissimi. Adaptatio est est parabole quasi dicit. Sicut dictum est primi in labore erunt novissimi in mercede. et qui primi sunt merito alij quando praecedunt a novissimis et novis

sumi. i. viles et abiecti in sceleribus ali-  
quando pueniunt meritis in principio ius-  
tiores Crisostomus. Non primos esse nouissimos  
futuros nouissimos primos dicit. non  
ut nouissimi digniores sunt primis. sed  
ut consequenter et nulla inest oratio vel tem-  
poris causa. quod autem dicit multi sunt vocati.  
pauci vero electi. Non ad superiores perti-  
net. sed ad getes. quoniam in ipsis getibus  
vocati sunt multi. pauci eligendi. multi  
ei ad fides veniunt. ad celestem enim gau-  
dium pauci perducuntur. Plerique enim deum  
vobis consequuntur. moribus autem fugiunt.

De eodem ser. ij. Sermo. xliij

**Q**uid hic statis tota die otio-  
si Mat. xx. In his vobis rep-  
hendit dominus pigros et otiosos  
qui nec deo. nec primis. nec sibi ipsis  
vtilis sunt. Sciendum autem quod pigritia  
et otium vitia sunt propter multa. Pri-  
mo quod sacra scriptura tales reprehendit  
Prover. vi. Vade ad formicam o pi-  
ger et considera vias eius et disce sapie-  
tiam quam tamen non habet ducem cuius  
sequitur. nec preceptorem eius verbo ad hoc  
docet. Nec principem a quo punitur pro-  
pter negligentiam. quam omnia habet. In es-  
tate sibi cibum congregat ut comedat in  
hyeme Glosa. si tam pusillum animal prin-  
cipem carum rationis expertus. nec ducem ha-  
bens ad posterum se prouidit. multo ma-  
gis tu homo ad imaginem dei conditus ad vi-  
dendum gloriam eius vocatus christum con-  
ductorem habens et ducem. debes in presenti vita fru-  
ctus bonorum operum congregare quibus vi-  
uas in eterno tempore Eccles. xiiij. Ante obi-  
tum operare iustitiam. quod non est apud ius-  
tos inuenire cibum Eccles. ix. Quicumque  
potest facere manus tua instantem operare.  
quod nec opus nec ratio. nec scia. nec sa-  
pientia erit apud inferos. sed merces  
operis. nec ratio quod non profuit ibi aris-  
totelis argumenta. nec artium argutia  
nec sapientia. nec scientie sunt ibi ad excu-  
sandum siue excusationem Secundo debe-  
mus vitare otium quod deo multum displi-

cet Vnde mat. xxv. Inutile est fructum pro-  
dum in tenebras exteriores ibi erit fle-  
tus et stridor dentium Mat. viij. Omnis  
arbor que non facit fructum bonum excidetur.  
et in ignem mittetur Exemplum de ficul-  
nea infructuosa Luce. xxi. Dixit dominus  
turbe similitudinem hanc Arborem ficum ha-  
bebat quodam plantatam in vinea sua.  
et venit querens fructum in ea et non inue-  
nit Dixit autem ad cultorem vinee Ecce  
tres anni sunt ex quorum venit querens fructum  
in ficulnea hac et non inueni. succide er-  
go illam ut quod etiam terram occupat. At  
ille respondit Domine dimitte illam  
etiam hoc anno usque fodiam circa illam et  
mittam stercora et si fecerit fructum non  
succidetur. sin autem succidam illam. Non iste  
christus est qui habet vineam. et ecciam in qua  
habet plantatam ficulneam id est christia-  
num. a quo querit fructum. id est bona opera  
qui si non fecerit fructum boni operis in-  
bet eum succidi id est committit prelato  
predicatori quod annunciet sibi quod est succide-  
ndus et in ignem eternum mittendus si  
non fecerit fructum. quod terram fructuosam  
occupare non debet Otiosus enim non est di-  
gnus ut vadat super terram quod homo nasci-  
tur ad laborem Conquerit autem quod in tri-  
bus annis non fecerat fructum. quod quidam  
sunt. qui nec in puericia. nec in iuuetu-  
te. nec in virili etate opera bona facere  
volunt Et illi inutiliter occupant terram  
quos dominus merito statim tanquam infruc-  
tuosas arbores succideret nisi esset sua  
maxima misericordia Treñ. iij. Misericordia  
domini est quod non sumus consumpti. quod  
non defecerunt miserationes eius Et nisi  
interueniret bonorum hominum preces pro-  
pter quas dominus sepius patitur peccatori-  
bus. sicut patitur in sechor cui peccerat do-  
minus quod diu erat ibi loth Genes. xix.  
Et hoc est quod dicitur. quod cultor vi-  
nee respondit. domine dimitte eam etiam  
etiam hoc anno donec fodiam circa illam et  
mittam stercora. Per fossionem po-  
test assignari mors quam predicator nisi

at peccatori ut sic retrahat eum a peccato Ecclē. viij. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Per stercorea significant fetida peccata quae peccator debet abhorrere. quia coram deo uilia sunt. Tercio debemus uitae otium. quia diabolo multum placet. Istud figuratum est. Iudicum. p. ubi dicitur. quod ad omibesech amputauit regibus quos cepit summities manu et pedum. Ad omibesech interpretatur domus egenorum et damnatorum. hic omnes quos capit mutilat et praescidit summities manuum et pedum quia fecit eos pigros ad bene operandum. et fortes ad mala opera agendum. Quarto debemus uitare otia. quia homini multum nocent propter multa. Primum quod homo otiosus facit diabolo locum in anima sua. in occupato ei bonis operibus non habet locum diabolus. Hicero. Semp aliquid boni facito. ut te diabolus inueniat occupatum. quod si inueniat hominem otiosum uacuum a bonis cogitationibus et opibus immittit ei malas cogitationes. Unde legitur in uitalpaterum quod quidam monachus temptabatur a spiritu fornicationis. Quod cum dixisset quidam sancto sem. ille pro eo orabat et quadam nocte uidit illum monachum sedentem et spiritum fornicationis in diuersis mulierum formis ante illum ludentem et ipsum cum illis delectari. Et ecce angelus dixit ad senem. Ex culpa monachi est quod spiritus fornicationis impugnat eum. quod delectatur in malis cogitationibus. si uult elogiari a se spiritum fornicationis. assumat laborem scilicet ieiunando. uigilando. et orando. Quod audiens ille cepit se exercere in laboribus et temptatio cessauit. Quinto otium etiam nocet homini. in hoc quod homo ad omne peccatum siue malum est inclinat. et praeparat ad luxuriam. Hic. Omniu temptatio nuz et malaz cogitationu snia e otium. Terra enim ex otio profert malas herbas. sic otium profert uicia. Prou.

xxij. Per agrum hominis pigri terra siui. et per uineam uiri stulti. et ecce totum repleuerunt uiticum operuerunt faciem eius spine. Exemplum habemus in dauid et salomone. quod diu dedit fuit occupatus bellis et salomon edificis non peccauerunt. sed quando uacauerunt otio dauid commisit adulterium cum bethabee. ij. Reg. xi. Et salomon infatuatur amore mulierum. ij. Reg. xi. Sexto otium nocet homini. quod homo otiosus perdit tempus. Hic. Non parum estimet tempus quod in factis uel deus expendit otiosis. uolat ei uerbum irreuocabile. nec aduertit insipiens quod amittit. Hic ber. Nichil preciosius tempore. Sed heu hodie nihil reputat uilius tempore. Preciositas ei temporis ostendit in hoc quod in una hora potest promereri dimissionem pene eterne et eternam gloriam. Exemplum. Accidit quod quidam uir in oratione existens audiuit et c. requi. in sermone. Prepara te in aduentu. Septimo nocet otium homini. quod in nouissimo tempore nos reddet rationem. Vñ ber. Omne tempus tibi impensum requiratur a te quomodo sit expensum. et sicut capillus non peribit de capite. sic momentum de tempore. Unde Ansel. O lignum aridum et inutile eternis ignibus dignum. quid in illo die respondebis de tempore cum exigerit a te usque ad ictum oculi omne tempus uiuendi tibi impensum. Octauo homo otiosus dei incurrit maledictionem. quod figurat in hoc quod dominus ficulneam maledixit quam inuenit sine fructu. sicut legitur Mat. xxi. Nonne quod locus ocy non est in celo ubi operarii remunerantur. Mat. xx. Voca operarios et c. nec est in paradiso terrestri in quo posuit deus hominem ut operaretur. Gen. ij. Nec est in purgatorio. Vñ ps. In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Erunt igitur in inferno et stuebat tanquam arbor infructuosa. Mat. ij.

Omnia arbor q̄ nō facit fructū bonū  
eraceretur. ⁊ c.

**D**omina in sexagesima. ser. xlnj.  
Abenter gloriabor i infirmi-  
tatibus meis ut iheret i me  
virtus christi. i. gra christi. ⁊  
Chorin. xij. Videns ap̄ls q̄ multi fa-  
tū sunt qui iactant se ⁊ gloriantur i  
talib⁹ in quib⁹ nō est gloriandū ⁊ re-  
prehendens eos ostendit in quibus  
sit gloriandū Quidā em̄ gloriantur  
de peccatis suis. quidā de fortitudine  
quidā de potentia. quidā de diuitiis  
quidā de sapientia. quidā de pulchri-  
tudine: quidā de virib⁹ corpis. q̄dam  
in bonis operibus Oēs tales rephen-  
dit ap̄ls dicens i talib⁹ nō ē gloriandū  
Quia stulticia ⁊ q̄ntū pctm̄ sit glori-  
ari in talibus patet in sacra scriptu-  
ra Quidā gloriant̄ in peccatis suis q̄  
commiserūt. ⁊ est magna stulticia.  
et est idē ac si hō iactaret se de hoc q̄  
in lutū cecidisset. Rā vnū peccatum  
plus fetet corā dño q̄ lutū corā nob̄  
Vnde ber. Rō ita fetet putrid⁹ cais  
in asp̄u hominū. sicut peccator i cō-  
spectu dei ⁊ angeloz. ⁊ iō fatuū est  
in tali immūdia gloriari Cōtra hoc  
dicit. ps̄. Quid gloriaris in malicia  
v̄c. Q miser peccator dilexisti iniqui-  
tatē magis loq̄ q̄ veritatē. p̄pterea  
destruet te deus. i. damnabit te in fi-  
nem. i. eternaliē Et euellet radicem  
tuā de terra v̄uentū. i. separabit te  
de vita eterna. ⁊ hoc est qd̄ dicitur.  
Ecc̄i. x. Qui gloriatur in malicia ⁊ iō  
amandatur deuorab̄. i. de noticia xp̄i  
delebitur. Vnde gre. Nichil adeo dis-  
plicet deo sicut corda erecta p̄ pctm̄  
Istud nāq̄ ē peccatū diaboli Diabo-  
lus em̄ gloriatur se malū egisse vnde  
legit̄ in vispat̄ q̄ quidā puer sacer-  
dotis dormiuit in tēplo ydoloz vbi  
vidit priapē demonoz in cathedra  
residentē ⁊ oēs demones assistentes  
⁊ gloriātes de peccis suis. vn⁹ gloria

batue q̄ in terra quadā guerras sus-  
citasset. ⁊ multi ibidē occisi eēt Ali-  
us gloriabatur q̄ tempestates magnas  
suscitasset. ⁊ multas naues submersi-  
sset Alius gloriabatur q̄ p̄ xl. ānos  
vnū monachū tēptasset ita q̄ i vnā  
fornicationē ceciderat. ⁊ alij de simili-  
bus gloriabant̄ Oēs em̄ q̄ de malicia  
sua gloriant̄ de familia dñi non sunt  
sed qd̄ pessimū est qd̄ gloriantur de  
malicia quā nō fecerunt Talis fuit  
adolescens qui gloriabatur se saul  
regē occidisse. cū tamē nō fecerit ⁊  
ait dauid Os tuū locutum est cōtra  
te ⁊ fecit eū interficere Nota historiam  
⁊ Re. i. Talib⁹ dicit rex dauid. i. xp̄s  
in iudicio. os tuū locutū est cōtra te  
⁊ occidet eū eterna morte. quidā at̄  
gloriantur in potētia sua qd̄ fatuum  
est. q̄ incerta ē potētia huius mūdi  
q̄ hodie ē hō potens. cras mortuus  
et tūc vnus vermis est potētior eo.  
Hier. ix. Rō glorieē fortis de fortitu-  
dine sua. Ysa. i. Fortitudo vr̄a sicut  
faucilla stuppe Glo. Fortitudo hōis ē  
cōtra deum sicut stupa limi cōtra ig-  
nem Rabuchodonosor rex babilois  
nō timēs deū suū gloriabatur de poten-  
tia sua. ⁊ deus mutauit eū in bestiaz  
donec agnosceret se oia habē ex dō  
Dan. iij. Nota historiā. Re. do. iij  
post tri. in fmo. Non sunt condigne  
Quidā autē gloriant̄ in diuitiis ⁊  
hoc ē fatuū. ⁊ est idē ac si hō gloriā-  
tur de hoc q̄ habēt funē in collo qui  
deberet suspendi. i. Thi. vi. Qui vo-  
lunt diuites fieri incidunt in laqueuz  
⁊ in tēptationez diaboli. ⁊ i desideria  
multa ⁊ nociua q̄ mergūt hōies in in-  
teritū. Vnde hier. ix. Rō glorieē vi-  
ues in diuitiis suis Ecc̄i. x. Qui glo-  
riat̄ de sba sua vereat̄ ne deuemat i  
paupertatē Lu. xij. Legitur de quodā  
diuite q̄ gloriabatur q̄ tot fructus  
habēt q̄ nō possz locat̄ ⁊ p̄ponebat  
destruere hōrea sua. et maiora face

et dixit aie sue **N**ia hēs multa bona  
 ostituta i annos plimos reqesce. co  
 mede. bibe. epulare. ⁊ dixit ei dñs .  
**S**tulte hac nocte repetēt a te diaboli  
 amā tuā. q̄ ogregasti cui⁹ erūt **E**t  
 sic factū est. vñ dicūt damnati **Sap.**  
**v.** **Q**uid p̄fuit nobis supbia ⁊ diuiti  
 az iactātia. q̄d cōtulit nobis **Trāsie**  
 eūt sicut umbra. vñ habem⁹. **E**xem  
 plum **Q**uidā milites venerūt ad do  
 muz cuiusdā diuitis vt pecuniā mutu  
 arent. ⁊ vidētes glām e⁹ liberos ⁊  
 vxorē eius omendabant multū **R**el  
 pondit diues militibus: **S**i deus mihi  
 diceret dimitte q̄ habes ⁊ itra p̄adi  
 suz ego nollē facere. **C**ūq; dicti mili  
 tes reuersi fuerāt i hospitia sua seqn  
 ti mane audiuerūt pulsare cāpanas  
 ⁊ dicebat q̄ ille diues ista nocte sibi  
 tanea morte peris: **E**t dixerūt mili  
 tes oia vsq; in euū p̄didit. qm̄ p̄ glo  
 ria sua spreuit paradisum. q̄daz gloriā  
 tur in pulchritudine corpis sui ⁊ hoc  
 est magna stulticia: qz instabilis ē ⁊  
 nō diu durat. **H**odie em̄ aliquis est  
 pulcher. ⁊ cras moriē ⁊ despectissim⁹  
 effiat ad videndū **V**nde opatur flo  
 ri **Ysa. xl.** **D**is caro fenū. i. omnis hō  
 similis ē feno. ⁊ ois glā e⁹. i. pulchri  
 tudo. i. q̄ gloriā q̄li flos fem. arelat  
 fenū ⁊ cadit flos. **F**enū q̄d hodie vi  
 ret ⁊ florē pulcherrimū habz. cras p̄  
 scindit ⁊ arefcit ⁊ in nihiluz redigit.  
 sic caro hois que pulchra apparz. ho  
 die post modicū cū hō n̄ sperat mori  
 tur ⁊ in nihilū redigit. **Vñ Ber.** q̄d  
 gloriaris in pulchritudine o hō. attē  
 de q̄d fuisti i vtero mris. deinde i q̄  
 tis miseris vixisti. ad vltimū ab⁹ v̄  
 miū factur⁹ es **Aug.** **S**i de pulchritu  
 die glāaris pulchrior ē cauda pau  
 nis q̄ faces tua quā depingis **Legiē**  
**ij Regū. ix.** q̄ iesabel stetit in tueri  
 vt ostēderet pulchritudinē suā. ⁊ de  
 pinxit oculos suos sibi. ⁊ ornauit  
 caput suū q̄re p̄p̄itata ⁊ sanguis e⁹

aspet⁹ ē i parietes ⁊ est conculcata  
 equoz vnguib⁹. q̄daz glorianē in sa  
 piētia mūdāna q̄d ecā stultū ē. i. cho  
 rinē. **ij.** **S**apia h⁹ mundi stulticia est  
 ap̄d deū **T**ales sunt filies ligno putri  
 do q̄d i nocte lucet ⁊ nō in die. sic sa  
 piētes h⁹ mūdi q̄d diu sūt i sc̄lo viden  
 tur sapiētes: s̄ i futuro apparebit q̄  
 satui fuerūt **Vñ dī hierē. ix.** **N**ō glo  
 riet sapiēs in sapia sua. hoc ē i sapia  
 mundana q̄ hō sapiēs ē ad malū **V**i  
 ere. **ij.** **S**apiētes sūt vt faciāt mala  
 bene at̄ facere nescierūt **Jaco. ij.** nō  
 est ista sapia de fursū. s̄ terrena ⁊ di  
 abolica **I**ta sapia fuit achitofel cui⁹  
 cōsiliuz fuit in isrl q̄ cōsulēt deū. ⁊ tñ  
 mala morte interit **C**ū autē deuisset  
 absalon cōsiliū vt occideret prēm. ⁊  
 regnarz p̄ eo. ⁊ p̄ nutu dei euasit  
 abnt achitophel ⁊ sc̄ipm̄ suspēdit. **ij.**  
**Reg. xvij.** **Ysa. xxix.** **D**eribit sapia a  
 sapiētib⁹ **I**n oib⁹ istis nō ē gl̄andū  
**I**n q̄bus at̄ gl̄andū sit oñdit **Apl̄s**  
**vi.** **S**i gl̄oriari ois q̄ infirmitatis mee  
 sūt gl̄iabor

## Textualis expositio.

**Q**uoniam turba prima ueniet ⁊  
 de ciuitatib⁹ p̄parz ad ihm̄  
 dixit **E**rit q̄ seminat semia  
 ee semē suū **Lu. viij.** q̄ semiat. i. h̄z of  
 cū seminandi scz fili⁹ dei erit de sinu  
 pris in mūdūz seminare. i. ad seminan  
 dū semē suū. i. euāgeliiū vel v̄bū dei.  
 ⁊ dū semiauit aliud semē cecidit sec⁹  
 viā ⁊ uoleatū est. ⁊ uolucres celi co  
 mederūt illud. ⁊ aliud cecidit sup̄ pe  
 trā ⁊ natū ad horā ⁊ post statū aruit.  
 qz n̄ hēbat hūoz. ⁊ aliud cecidit in  
 sp̄ias ⁊ sil̄ exorte spine suffocauerūt  
 illd̄ **E**t aliud cecidit in trā bonā ⁊ or  
 tū fecit fructū cētuplū **H**ec dicens cla  
 mabat qui habz aures audiēdi audi  
 at. **hec ifra Marc. ij.** **E**t cū itrasz  
 domū cū discipulis suis ⁊ essz solus.  
 iterrogauerūt eū discipuli eius que  
 esset hęc parabola. quib⁹ dixit ipse

vobis datū est scz a patre meo nosse  
mysteriū regni dei. intelligere occulta  
mysteria sacre scripture Ceteris at̄ i  
parabolis videntes foris hūanitatē  
nō videāt intus diuinitatē. vel vide  
tes foris miracula nō videāt intus v  
tutē operantē. et audientes foris ver  
bū nō intelligāt intus spūales intus.  
Est autē hec parabola Semen ē v̄bū  
dei: qd̄ autē cecidit cecus viā: hi sūt  
qui audiunt sine intellectu et deuotio  
ne. Deinde postq̄ audierit venit dia  
bolus p̄ multas suggestiones et tollit  
verbū dei de corde eorū ne credentes  
salui fiāt. **P**ā qd̄ supra petraz sūt illi  
qui verbū dei suscipiunt. sicut semē  
supra petrā cadit et natū ad horā are  
scit. qz nō habet humore. hi sūt qui  
audierint v̄bum dei et cū gaudio sus  
ceperint illud. i. cū deuotione aliqua  
sed deuotio illa nō diu durat. et hi ra  
dicē nō habent. qz ad tēpus credūt  
deo et adherent ei. et in tēpore tēpta  
tōnis et tribulatōnis recedūt a deo.  
qz adueniēte aliqua tribulatōne bo  
nam vitā inceptā derelinquūt. quod  
autē semē in spinis cecidit. hi sunt  
auari qui audiunt verbū dei et a soli  
tudinib⁹ et diuitiis et voluptatibus  
vite a p̄dicatōnib⁹ euntes suffocan  
tur et nō referūt fructū. Diuicias vo  
cat spinas qz sicut spine ledunt cor  
pus. ita diuicie animā in hac vita p̄  
cōtinuā curā. in futura p̄ eternam pe  
nam. Quod autē semē cecidit in trā  
bonā et fecit fructū centuplū hi sūt de  
uoti qui in corde bono et optimo audi  
unt verbū dei et fructū afferūt in pa  
tientia: igit̄ terra bona fructū p̄ paci  
entia reddit. qz nulla sunt bona que  
agimus si nō eque proximorū mala tol  
leram⁹. De eodem. ser. xlv.

**H**ec dicens clamabat ihesus.  
Lu. viij. Scendum qz legiē  
in sacra scriptura de triplici  
clamore dñi. Clamauit viuens. cla

mauit moriēs: clamabit ad iudiciū  
remiēs. Clamauit viuens p̄pter tria:  
vt peccata relinq̄mus. tpalia contē  
pnamus: et celestia appetamus. Pri  
mo clamauit vt pctā relinquamus.  
et hpc figuratū est i clamore illo quā  
do laz. az a morte suscitauit Johan.  
xi. Clamauit voce magna Lazare ve  
ni foras. p̄ laz. az mortuū significat̄  
pctōr mortuus i aīa. Vnde aug⁹. Si  
cut vita corporis est aīa. ita vita aīe  
est de⁹. Sicut ergo moriē corpus quā  
do separatur ab aīa. ita moritur aīa  
quādo separat̄ a deo quod fit p̄ pec  
catū. ysa. lix. pctā vrā diuiserunt in  
ter vos et deū vrūm. Itē sicut mortu  
us nō p̄t operari. sic pctōr nō p̄t fa  
cere opa viua q̄diu est in pctō mor  
tali. Vnde aug⁹. Qui in caritate non  
est omne bonū amittit. intellige q̄n  
tum ad eternā remuneratōne. Itē  
pctōrem mortuū in aīa clamat dñs  
vt resurgat p̄ penitentiā. Et dicit̄ ibi  
qz cum lacrimis in tribulatōne spūs  
clamauit dñs laz. az de monumēto  
exire. In quo docet nos dñs qz fletū  
turbari debemus p̄ peccis nostris qui  
bz deū offendim⁹ p̄ cōtritionem et cla  
mare p̄ confessiones. Judith. viij. cū  
qz holofernes impugnaret filios isrl̄  
et diceret pontifex qz p̄pter pctā susti  
nerēt talia: fact⁹ est at̄ flet⁹ magn⁹  
et ululat⁹ et per multas horas clama  
uerūt dicentes: peccauim⁹. iniuste  
egimus s̄ tu qui pius es miserere no  
bis. Et respexit dñs clamorē et fletū  
liberauit eos de manū holofernis: sic  
et nos clamaē dem⁹ ostēdo pctā nos  
tra et dñs liberabit nos de manu dia  
boli. De isto clamore legitur. Ione.  
iij. Cūqz iniuste peccasset oīra deuz  
misit dñs ionā et c. Secundo clama  
mauit dñs vt ista tpalia cōtempna  
in Lu. viij. ihesus hec dicens clama  
uit. Quidā seminauit bonū semē et vnū  
semē cecidit in spine et spine siml̄

erore suffocauerunt semen et non fecit fructum: quod postea exposuit dominus. quod semen est verbum dei. per spinas diuitie designantur que impediunt ne verbum dei faciat fructum in cordibus diuitum. Cuius hoc dicitur ihesus clamabat voce magna. ut eo magis homines attenderent. et ideo operauit eas spinis ut ostenderet de monstraret. sicut enim spine pungunt carnes. ita diuitie animarum quod diuitie cum magno labore et cura acquiruntur et sollicitudine custodiuntur. unde Gregorius. Nihil laboriosius quam tremis desideris estuare. nihil quietius quam in hoc mundo nihil appetere. Multa tormenta patitur diues auarus. quod spiritus timet amittere bonum suum. Job xv. Cum pax sit et securitas insidias suspicatur. unde Seneca. Auarus videt regem et estimat perdonem. videt pauperem et estimat furum. Ecclesiasticus v. saturitas diuitis non sinit eum dormire. Augustinus. Diuitias inuenisti et regem perdidisti. die sollicitus. nocte pauidus. semper egenus. Exemplum de quodam pharaone. Regem perdidit festum est. in fumo. Mortuus est diues. Tertio clamauit dominus ut celestia appetamus. Iohannis vii. Stabat ihesus et clamabat. si quis sitit veniat ad me et bibat. si quis desiderat vitam eternam veniat ad me. quod ego sum via veritas et vita. et bibat de fonte viuo. Unde perditur anima mea ad deum fonte viuum. Augustinus. Sitiuit anima mea et est remissi ad ipsum et bibis de torrente ipsi usque quantum vis. quanto vis. quanto diu vis. spiritus satiat. semper bibis quod semper delectat te bibere. nec unquam fastidis nunquam inuenire potest anima facietatem. non in aspectu diuine faciei. Unde perditur Satiator cum apparuerit gloria tua. Dominus. Eterna erit omnium solentitas deum facie ad faciem intueri. eius dulcedine sine fastidio satiari. eius visione sine defectu proficere. unde Anselmus. Quid desideras anima. quid amas caro mea. Ibi erit quicquid amatis quicquid desideratis. Ibi erunt bonum anime et corporis. gloria nec oculis vidit. nec auris audi

uit nec cordis hominis cogitauit. Iohannes clamat dominus ut talia appetamus. Clamat etiam dominus quodammodo per os pauperis. Ad eius clamorem obturant multi aures suas. Prouerbia xxi. qui obturat aures suas ad clamorem pauperis ipse clamabit et non exaudietur. Istud per in diuitie epulone qui non audiuit lazarum ut ei micam panis daret. postea petiit guttam aquam et non est exauditus. Secundo clamat moriens. Mattheus xxvii. Iesus clamans voce magna emisit spiritum. quid ait clamauit expressit. Lucus xxiiij. Clamauit voce magna. In manus tuas domine commendo spiritum meum. unde Hieronymus. Ascendit christus in altum ut loqui exaudiret. fortiter clamauit ut nullus excusaretur. Clamori lacrimas addidit ut homo operaretur. unde Hieronymus. Omnis creatura operatur creatori suo morienti. sol obscuratur. terra mouetur. petre scinduntur. velut templi diuiditur. sepulchra aperiuntur. mortui resurgunt. homo non operatur pro quo solo christus patitur. Tertio clamat ad iudicium veniens. Iohannis xliij. Dominus sicut leo fortis egreditur. sicut vicarius pharaonis. suscitabit et elum uerberabit et clamabit super inimicos suos confortabit. Glo. Tanta excelsa et horribili voce contra reprobos clamabit ut cardines celi et fundamenta terrarum quatiantur. Hunc clamorem audiet mortuus et resurgens. i. Choro. xv. Canet enim tubam et mortui resurgent. unde Hieronymus. Siue comeda siue biba siue aliquid aliud faciam semper videtur in auribus meis sonare illa vox tube. surgite mortui venite ad iudicium. quod terribilis erit vox ista: malis dicitur Apo. vi. Tunc dicet montibus cadite super nos. et petris abscondite nos a facie sedentis super thronum. Mattheus xxv. Ite maledicti. qui alios clamores domini audire noluerunt tunc audiet illam tertiam siue velint siue nolint. unde Augustinus. si illa melliflua gutta. ego sum. tate ut utis fuit quod nullus aduersariorum supra pedes staret potuit quod potes

audire illud horribile vbum **Ite** ma  
ledicti in igne eternum

**D**ominica in .l. Sermo .xvi

**C**aritas patiens est benigna. i.  
**Chor. xij.** In verbis ppositis  
ostendit apl's duo q snt nob  
necessaria si volum' caritatē seruaē  
scz patientia in aduersis: et mīa i pr  
imis **Prīmū** tangit cū dicit **Caritas**  
patiens est. qsi diceret **Qui** caritatem  
vult habē ad deū debet eē patiens in  
aduersis. et benignus. et misericors  
in proximor' necessitatib' **Circa** pmū  
nota q patientiā diligē debem' ppē  
eius multiplicēz vtilitatē **Prīmū** est  
q paciētia facit hōiem martirez **Vn**  
**de Gre.** sine ferro vel flāmis marties  
esse possum'. si paciētiā veracit' i aīo  
obseruamus vt cantat' de scō marti  
no **O** sanctissima aīa quā si gladius  
psecutoris nō accepit. tñ palmā mar  
tirij nō amisit **Et** de scō iohāne euā.  
dicit ihero. Licet psecutor sanguinē  
suū nō effuderit: tamē martiriū i aīa  
habuit: qz patiens in tribulatōibz. et  
voluntatē patiendi habuit. **Magis**  
meret' qui habz voluntatē patiendi  
q' qui inuitus patit'. qz ille nō habet  
meritū. i. **Dei. nñ.** Remo vrm pati  
atur qsi homicida. aut fur. aut male  
ficus. aut alienor' appetitor. vñ tulū  
us **Pacia** est hōestatis a vtilitatis cā  
rez arduaz et tribulationū volunta  
ria ac diuturna p'pessio **Cā** hōestatis  
est p'pessio cū qs p fidez xpi potius eli  
git mori q' negādo viuere. vtilitatis  
vero cā cū qs p salute gregis eligit  
mori. voluntaria dicit': qz qui omnino  
inuitus patitur nō hz meritū. **secun**  
**dum** ē q pacia hōiem filiū dei facit.  
**Prover. xij** Quē diligit de' corripit  
et quasi p' in filio sic placeat sibi.  
**Aug'** si acceptus es. neqre in ser.  
**Quī** filij dei estis in tercio membro.  
vnde **Gre.** Electi quicq' timent ne vl  
tio q suspendit' in fine grauior fuerit

feriti patna correctōe desiderant. et  
dolorē vulnez medianaz salutis pu  
tant **Gaudē** debet infirm' qn videt  
celestē medicū se intromittere de e'  
cura. et hoc sperare salutē. vñ **Gre.**  
**Desperatis** egris qcquid poposcerit  
dare papiunt. et eis q reduci pnt ad  
salutē q appetūt dari tradiciūt. **Sic**  
ē de damnādis eis in oibus bene ps  
perat' et saluandi tribulatōnem pati  
unt **Aug'** **Vic** v're. hic seca: ne i etez  
nū p'reas **Exemplū** legie de quodā  
scō prē quē singulis anms visitauit  
dñs p infirmitatē. sed vno āno eum  
nō visitauit. turbat' est et dixit **Nō**  
domin' est oblit' ē mei: **Tercū** est  
q pacia facit hōiem inuincibile. **Ro**  
**bile** vincendi gen' ē pacia vincat q  
patit' vincat. si vis vincere disce patie  
verus em patiens a toto mundo n' vin  
ceretur. p paciam nāq' vincat tormē  
ta illata diaboli tēptamenta et seipm  
**Gre.** **Tribus** modis v'tus patie exer  
ceri solz **Alia** nāq' sunt a deo. aliaq'  
ab aduersario. aliaq' a pximo susti  
nemus **A** pximo nāq' psecutōnes et  
damna et otumelias **Ab** antiquo ad  
uersario tēptamēta **A** deo flagella  
toleram'. qz p tormēta vincat homo  
tormenta dicit **Aug'** **Nihil** fort' ho  
mine hūte caritatē **Caritas** p paciē  
tiam oīo vincat **Exemplū** in btō vin  
centio qui dixit ad vacū. **Videb** me  
pl' posse qui torqor q' ipē qui torq's  
et cū patiet' sustinuit tormēta. **Qd** da  
c' vidēs sevictū fatebat'. **Ite** pacia  
vincat diabolū qd cū dedissz diabolo po  
testatē temptandi et flagellādi btūm  
iob q'uis accepissz sibi oīa bona: oēs  
liberos et saitatē corpis. et tñ diabo  
lus nō poterat supare s btūs iob cū  
p paciam vincat: qz i oibus his nō p'c  
cauit labijs suis neq' stultū quid cō  
tra deū locut' ē p impatiam: s dixit  
dñs dedit. dñs abstulit sicut dño pla  
cuit ita fecit ē. sic nom' dñi benedem

Legit q̄ q̄dam demoniaca venit ad  
quendā scūm virū et dedit ei alapam  
et ille patienter accipiēs p̄buit ei ali  
am s̄m mādatū dñi Tūc demō cepit  
clamare . d̄ violentia mandantis me  
pellit hinc . et statim demō exiuit . qz  
patientiaz eū vicerat Quartum est qz  
patientia xpm̄ inuitat . i . pet . ij . xps  
passus est p̄ nobis . vobis relinq̄ns  
exemplū vt sequamur vestigia ei⁹ .  
Vult christ⁹ vt aliq̄ patiamur sicut  
et ipse pass⁹ ē Vnde legit̄ . Luc . vlti .  
Cuz ip̄e comediss̄ de pisce asso dedit  
reliquias discipulis suis Aug . Discip  
assus ē christ⁹ pass⁹ Vñ ps̄ . Quid re  
tribuā dño p̄ his omnibus q̄ retribu  
it mihi Calicē salutaris accipiā . i . pa  
ssiones et tribulationes patienter suffe  
ram Et talib⁹ q̄ p̄pter eū nihil sustie  
re volūt ex p̄brabit in die iudicij pa  
ssiones suā quā p̄pter eos sustinuit et  
pro q̄ nihil sibi reddiderūt Vñ Cris .  
Christus ex p̄brabit i iudicio pctōri  
bus Reg . do . ij . in aduentu .

**A**sumpsit ihesus xij . discipu  
los suos et ait illis Ecce ascē  
dīm⁹ hierosolimā et c̄summa  
bunē oia q̄ scripta sunt de filio hoīs .  
i . marie Tradet̄ em̄ gentib⁹ ad illu  
denū flagellandum et crucifigendum  
et tercia die resurget . et nihil ipsi ho  
eum intellexerunt . et erat verbuz ab  
sconditū ab eis et nō intelligebāt q̄  
dicebant Factū ē autē cū appropinq̄  
ret ihericho cec⁹ q̄dā sedebat sec⁹ viā  
mēdicās Et cū audiss̄ turbā p̄tereū  
tez interrogabat q̄d hoc ess̄ Dixerunt  
āt ei qz ihesus nazaren⁹ t̄nsiret et cla  
mauit . nō t̄m clamore exteriori s̄ ec  
az interiori dicēs Fili dauid miserere  
mei Sciebat ei ex lege qz de p̄gemie  
dauid christ⁹ nasceret̄ iō vocauit eū  
filii d̄d . Et q̄ p̄ibāt increpabāt eum  
vt taceret Ip̄e vō multo magis cla  
mabat miserere mei . in quo dat̄ itel  
ligi qz q̄to pluā occurrūt ip̄dīmēt a

tāto magis clamādū ē ad dñm . stās  
autē ihesus iussit eū adduci ad se . Et  
cū appinq̄ret interrogabat eū dñs . q̄d  
vis vt faciā tibi At ille dixit Dñe vt  
videā Et dixit ihesus . Respice fides  
tua saluū te fecit . et c̄festim vidit et se  
q̄bat eū . magnificās euz et ois plebs  
vt vidit dedit laudē deo .

**T**extualis expositio . de euange  
lio Sermo . xlvij .

**S**tās autē ihesus iussit eū du  
ci ad se Lu . xvij . In v̄bis is  
tis notant̄ duo . Primū ē dei  
erga pctōres mīa . Secūdu pctōris q̄  
de c̄fōrtia Primū ibi Stās at ihesus  
Secūm ibi . Iussit eū duci ad se . Circa  
p̄mū nota qz t̄b⁹ mōis stat dñs stat  
stra pctōrez . p̄ pctōre . et iuxta pec  
catores Prio stat stra pctōre pctm̄  
e⁹ ip̄diēdo . qz q̄nqz imp̄dit pctōre  
qz nō p̄t tāta pctā cōmittere q̄ta li  
benē vellet si p̄mitteret̄ Istud figurā  
tur ē . Numeri . xxii . vbi d̄r qz cū bala  
am p̄geret i asina ad maladiēdum  
p̄lm̄ dei . stetit āgel⁹ euaginato gla  
dio stra eū et nō p̄misit eū facē illud  
pctm̄ qd̄ i aia c̄cepit Asin⁹ at̄ vidit  
āgelum euaginato gladio . et nō p̄phe  
ta . et inclinauit i via vel de via et ira  
tus p̄pheta v̄berib⁹ reduxit asinū ad  
viam . postea stetit āgelus iter dual  
sepes vineaz et timēs asin⁹ decliāuit  
ad parietē sepi et attriuit pedē p̄phe  
te et p̄pheta percussit eū . Tercio stetit  
āgelus i angusto loco . vbi nec ad de  
xterā . nec ad sinistrāz declinare pote  
rat et timēs asin⁹ cecidit sub pedibus  
p̄phete . quē cū tercio p̄uteret dicēs  
Vtinā haberē gladiū occidēre te Re  
spōdit asin⁹ Cur percussisti me t̄b⁹ vi  
tib⁹ Protin⁹ aperuit dñs oculos p̄phe  
te et vidit āgelū stantē et dixit āge  
l⁹ Peruersa ē via tua et mala . et n̄  
āgelus declinasset occidiss̄ te . Sic i  
p̄diuit eū ne pctm̄ illud c̄mittet̄ sic  
adhuc sepe dñs ip̄dit asinū . i . corp⁹

ne propheta .i. animus malū qđ cōcepit  
 pfiat Aliquando impedit p infirmi  
 tatem. aliquādo per tribulationem.  
**Exemplum** in rege abimelech q̄ ab  
 stulerat abrahe vxorē suā. et impedi  
 uit eum dominus per infirmitatē ne  
 eā tangeret **Nota** historiam Gene.  
 xx. Legitur in legenda sancti thome  
 cartuensis qđ cū quidaz ad sepulchz  
 eius remisset sanitatem corporis im  
 petraffet. cogitare cepit si forte sani  
 tas expeditet anime sue reuersus ad  
 sepulchz rogauit vt si nō expeditet  
 ei sanitas corpis qđ tūc rediret infirmi  
 tas et statim redijt infirmitas **Secun**  
**do** stat domin⁹ iuxta peccatorem ex  
 pectans si reuertī velit: paratus ē eū  
 recipere **I**stud figuratum est in ceco  
 isto. de quo dicit qđ domin⁹ stetit. et  
 expectabat eū. et quesiuit quid vellet  
 et cum peteret illuminari. statim do  
 minus paratus fuit et illuminauit eū  
**Per** oculos significatur peccōe quē ex  
 cecat malicia sua. sicut dicit. **Sapie.**  
 ij. **Exc**ecauit em̄ eos malicia eorum.  
 qui ita excecatus est qđ nō vidit dā  
 num peccati. nec etērnā mortē. nec  
 cognoscit creatorem: nec propriā fra  
 gilitatē. sed benign⁹ domin⁹ noster  
 ihesus christus stat omni tempōe iu  
 xta eū. et paratus ē eum recipere ad  
 gratiam suam. de quo dicit sponsa.  
**Cantico.** ij. **En** ip̄e stat post parietēz  
 nostrum id retro parietēz respiciēs  
 per fenestrā. prospiciens p cancellas  
**Per** parietem significatur peccatū qđ  
 sepe rat hominē a deo. **Isai.** lix. **Pec**  
 cata vestra diuiserunt inter vōs et de  
 um vestz: retro illū stat deus respi  
 ciens per fenestras et cancellos. per  
 fenestras significant peccatā magna. p  
 cancellas pua **O**ia ista ne impediūt dñs  
 teare possit ad cor hōis **E**t qui modo  
 domino stante et pulsante non aperi  
 unt in futuro stabūt et pulsabūt: nec  
 aperietur eis **Luce.** xij **C**um intraue

rit p̄ familias et clauerit ostiū. tūc  
 incipiet foris stare et pulsare dicētes  
**D**omine dñe aperi nobis **E**t rñdebit  
 nescio vōs: sicut patet in virginibz  
 fatuis **Mathei.** xxv. **T**ercio stat do  
 min⁹ p peccōe corā prē tāq̄ aduoca  
 t⁹ impellēdo **I**stud figuratū ē: **D**ie  
 remie. viij. vbi dicit. stetit esdras scri  
 ba sup gradū ligneū quē fecerat ad  
 loquēdū **E**sdras interpretat misericor  
 dia domini. et significat christū quē  
 misericors pater domin⁹ nobis misit  
**D**e quo ber. **P**ater misit in mūdum  
 faccum plenū mia. i. xpm q̄ mia icor  
 ruptōe saca. i. in vulneratōe sui cor  
 poris apparuit quādo ex omni parte  
 sanguinis mie distillauit **D**ic igitur  
 esdras .i. xps stetit supra gradū lig  
 neū quē fecerat ad loquēdū scz p no  
 bis et nostris peccatis deo pri recōdā  
 anda quādo dixit. **P**ater dimitte il  
 lis qz nesciunt qđ faciūt. **E**cce qđ sa  
 pientē allegat p nobis sicut sapiens  
 aduocat⁹ **P**rimo alloquē iudicē blā  
 dis verbz et dulcibz vt aim suū mitiz  
 Sic ille aduocat⁹ xps pmo alloquē  
 eū vocans prēm ipm q̄si diceret. **E**x  
 quo p̄ meus es. et ego fili⁹ tuus suz  
 tibi obediēs vsq̄ ad mortē: nō potes  
 filio tuo negare petitiōē suā **D**imitte  
 ergo eis peccatā sua qz p eis satisfecit.  
**Isa.** xlvi. **E**go feci et ego fera. q. di.  
**E**go traho ad me forefactū hōis: qz  
 ego feci et facio p eis emendā. qz hō  
 pro se satisfacere nō p̄t. nō solū tunc  
 sed etiā adhuc aduocat⁹ n̄ ē in celo.  
sequit⁹ addidit scūs **Wilari⁹** de iussu thelaspheri pape. **Postea** auertit facē vos facē suā ad pplm voce sonora. v. dñs vobiscū. p qd significat qd in natiuitate sua ostēdit mūdo facē iocūdā quā p̄es diu desiderauerāt. **Moyses** dixerat. **Exo. xxxij.** Dñe si iuēni gratiā in ocul tuis. ostēde mihi facē tuam et saluū erim⁹. **Sācti** in lybo **De⁹** misereat nr̄i et benedicat nos deus. **West. xv.** Valde mirabil es dñe. et facies tua plena grāz. **Eccē** quō desiderabāt illā facē benedictā. **Tādē** mia mot⁹ vēit in mūdu et ostēdit faciem et iō sacdos ostēdit facē suā ad pplm. **Postea** sequūtur odes. p qd significat qd in eph̄ia a magis fuit adoat⁹. **Mat. n.** Deinde sequit⁹ epl̄a p qd significat p̄dicatio **Johis** baptiste. q̄ p̄cedat xpm. sicut epl̄a euāgelij. **Ira** ipse p̄nūciatū aduentū dñi in mūdo et in limbo. **Et** ex hoc factū est gaudij magnū patrib⁹ in limbo. scis in mūdo. et angel⁹ in celo: et p̄pter hoc triplex gaudium statim sequit⁹ triplex cant⁹. scz graduale qd signat gaudium patrum in limbo. **Alleluya** qd significat gaudij angeloz in celo. **Sequē** tia: que signat gaudium sanctorum in mūdo. **Postea** sequitur euāgelij. quod signat p̄dicationē christi. tūc ob reuerētiam illoz sanctorum verborum stamus et capita nudam⁹: sed legiē euāgelij versus aquilonē: p aquilonē solet diabol⁹ designari. **Nā** per p̄dicationē euāgelij diabolū superam⁹ et ideo tūc sancte crucis signo cōtra diabolū nos munim⁹. **Postea** sequitur **Credo.** qd significat p̄dicationē apostolorum qui fidē xpianam p mūdu predicabant. **Nā** domin⁹ misit eos binos et binos ad p̄dicandū: **postea** itē tū sacerdos vertit facē suā ad pplm: per qd significat qd xps in die palmarum vertit faciem suam vt iret in iherusalē sustinere mortē p nob. **Tūc**

sequitur canticū laudis scz offertori-  
um. p quod significat qz cū laude  
canticis floribz et palmis receperunt  
eū tūc solēt hōies offerre q̄libet fm  
suū posse. p qd significat qz cū dñs tē  
plū intrasset vidit diuites multa of-  
ferre et qdā paupcula obtulit duo mi-  
nuta. et dixit dñs qz plus oibus obtu-  
lissz. **P**ostea fit quoddā silentiū p qd  
significat postq̄ intrauit in iherl'm i  
die palmarū et sic hōratus essz iherl'm  
cōsiliū iudēi secreto silentio quō euz  
morti traderēt. **J**udas secreto cōsilia-  
tus ē cū eis. et infra illud silentiū rer-  
tit se sacerdos submissa voce dicens  
**O**rate p me q̄si tristis sit quod signi-  
ficat cōsilia christi. quā habuit appi-  
quāte passione. qz tristis erat aīma  
sua vsqz ad mortē. **P**ostea incipit so-  
lemniē cantare p̄fationē et longius  
et solemnius cātāt q̄ i tota missa vn-  
q̄. p quod significat ille longz et dī-  
assimius sermo quē i cēna fecit. **L**icet  
eī antea dulcē p̄dicauerat. tū nūq̄  
ita longū et dulcē sermonēz fecisse le-  
gīt. **Q**uē sermonē seplis solus iohan-  
nes et solz legi i mādato. **P**ostea cho-  
r̄ cātāt solēniē. **S**ūs r̄qd significat  
leticiā ap̄lorū quā habebāt ex leticia  
illīz sermonis et cōmunionis corporis  
xp̄i qd ibi p̄ceperūt vel leticiā angelo  
eū. **D**einde inclināt se sacerdos an̄ al-  
tare et orat submissa voce. p quod sig-  
nificat orō christi in mōte oliueti qn̄  
do sudauit sanguinē et dixit. **D**e si fi-  
eri potest trāseat a me calix iste. ve-  
rūtamen nō sicut ego volo s̄ sicut tu  
**T**ūc erigit se sacerdos et facit tres  
cruces. p quod significat qz ter ora-  
uit sic. et tūc fit silentiū p totum cho-  
rū. p quod significat fuga ap̄lorum  
qui relicto dō oēs fugerunt nec aude-  
bāt loqui. **Q**uicq̄ loquit̄ sacerdos i  
illo silentio hoc fit submissa voce. et ali-  
quādo oīno tacz. p significat qz xp̄s  
in passione intogantibus sub missa

voce hūiliter respondit. aliquādo oī-  
no tacuit et nihil respondit. **A**nte ele-  
uationē corporis xp̄i facit sacerdos sex  
cruces p̄r quod significatur qz an̄q̄  
christus fuit i cruce leuatus. sex via-  
bus iudicia fuit p̄sentatus. **P**rimo an-  
ne. et ibi collaphisatus. **S**ecūdo cap-  
p̄he et ibi cōsputus et relatus. **T**ercio  
p̄ylato. et ibi false accusat̄. **Q**uarto  
herodit et ibi alba veste illusus ē. **Q**ui-  
to p̄ylato reductus ē et ibi flagellat̄  
coronat̄ et illusus. **S**exto in loco iu-  
dicij itēz p̄ylato p̄sentatus fuit. ibi  
adiudicatus morti. **P**ostea ei eleuat̄  
corpus christi qd significat crucifixio-  
nem. **D**einde calix quod significat sā-  
guis xp̄i in cruce effusione. **D**einde a  
depositione calicis vsqz ad nobis fiūt  
octo cruces. p significandē octo v̄ba  
in cruce. **P**rimū pater dimitte illis.  
**S**ecūduz. amen dico tibi. **T**ercium.  
mulier ecce filiū tuū. **Q**uartū ecce m̄  
tua. **Q**uintū. heli. **S**extū. sitio. **S**epti-  
mū cōsumatum ē. **O**ctauū i manū tu.  
**T**ūc dicit aliquātulū alte nobis. qd  
significat qz christus magna voce ex-  
pirauit. postea fit puum silentiū. qd  
significat tēp̄ quo christ̄ iacuit i se-  
pulchro. **T**ūc leuat sacerdos corpus  
xp̄i de corporali. quod significat resur-  
rectionē christi. et facit cū eo quinqz  
cruces. qd significat qz quinqz viabz  
ip̄o die resurrectionis apparuit. post  
hoc sequit̄ alta voce. pat̄ n̄r. qd signi-  
ficat gaudiū b̄tē marie v̄ginis et dis-  
cipulorū de christi resurrectione. post  
hoc cātāt sacerdos. **P**ax dñi. quod si-  
gnat qz resurgēs christ̄ pacem disci-  
pulis nūciat̄. qz autē hostia frāgīt  
in tres p̄tes significat qz passio xp̄i p̄  
fuit t̄p̄lica populo scz p̄ribz in lymbo.  
sanctis i mūdo. et angelis in celo. **I**n  
de cantat̄ canticū leticie. **A**gn̄ dei qd  
ter cantat̄. p̄pter t̄plex gaudiūz pre-  
dicti t̄p̄licas ppli. **P**ostea sumit sacer-  
dos sacramētū in p̄sona totius eccie

in primitiua eccia oēs fideles singulis dieb⁹ cōicabāt postea cōicabāt dñi dieb⁹ tm: postea statutū est qd solus sacerdos sumit in psona oīm Postea sequit̄ cōmuniō qd significat grā rū actionē p tanto beneficio. Tunc vertit se sacerdos qd significat vltimā apparitionē ihu quādo ostēdit faciē suā discipulis ⁊ corā oib⁹ eis in celū est eleuat⁹: postea vertēs se dicit orōnes. qd significat qd xps ascēdit i celū ⁊ orat p nob apud p̄m tanq̄ aduocat⁹. Vltimo v̄tit se sacerdos ad pplm dās benedictionē: p qd signifi- cat vltim⁹ aduent⁹ xpi: quādo ostēdet faciē suā electis cū benedictione dicēs. Venite bene. p̄ris ⁊ c.

In die parasceues Ser. lxxv.

**O**vos oēs q̄ trāsitis p vi. arte di. ⁊ vi. si ē do. simi. volo. meo. Treno. u. v̄ba pposita sūt scripta i libro lamentationū quē ihēmiās cōscripsit. In q̄b⁹ v̄b⁹ dñs conḡit lamētabilit̄ dolorē suū amarissimū quem p̄t nos hodie sustinu- it. P̄rio inuitat nos ad sui opassionē d. O vos oēs q̄ trās. p vi. at. ⁊ vi. Secūdo ostēdit doloris sui nullā esse cōparationē: cū subdit. vide. si ē do- lor si. do. me. q. d. Nunq̄ fuit dolor tā amar⁹ ⁊ tā miserabil⁹ Et hoc patz ex sex articul. P̄rio qz tradit⁹ fuit i mortē a p̄rio p̄e a quo processit. ⁊ hoc fuit miserabile. Secūdo tradit⁹ fuit i mortē a spūscō q̄ ab ipō sicut a p̄e procedit ⁊ hoc fuit miserabil⁹. Tercio tradit⁹ fuit i mortē a semet ipō ⁊ hoc fuit miserabilissimū. Quar- to qz tradit⁹ fuit i mortē a discipul- suis ⁊ hoc eā fuit miserabile. Q̄nto qz tradit⁹ fuit i mortē a v̄gtis ⁊ cō sanguineis suis. ⁊ hoc fuit miserabi- li⁹. Sexto qz tradit⁹ fuit i mortē a propa m̄tē: q̄ eū genuerat: ⁊ hoc fu- it miserabilissimū. Oia ista per figura

ta erāt in veteri testamento vt pate- bit in p̄ssu s̄mōis. P̄rimo d̄r: qd mors xpi fuit miserabil⁹: qz traditus fuit i mortē a p̄rio p̄e suo a q̄ ge- nit⁹ est Ro. viij. Propo filio suo nō p̄perat de⁹: sed p nobis oib⁹ tradi- dit illū. glo. i mortē. Et hoc ē qd xps dicit p p̄phetā iob. xvi. Manib⁹ ipi orū tradidit me. Glo. Pat me⁹ cele- stis: ⁊ hoc fuit miserabile qz tradidit eū potius i manib⁹ impioz q̄ bonoz qz impy ipie eū tractabāt: vnde dix- it p̄ filio cū mittēt eū i mūdū. Ecce ij. Omne qz tibi applicatū fuerit acci- pe ⁊ in dolore sustine ⁊ in hūilitate tua patientiā habe. Xps autē obedi- uit huic p̄cepto p̄ris vsqz ad mortē. Vnde phil. ij. Xps fact⁹ est p nob obe. vsqz ad mor. mor. at cru. Ber. Memento autē fr̄es. xps ne pōt obedientiā p̄didit vitā. Vnde est qd dñs dixit petro. Io. xvij. Mitte gla- diū tuū i vaginā. calicē quez dedit mihi p̄: non bibā illū: q. d. Oportet me sustinē mortē quā dedit mihi pa- ter me⁹ Ex quo patz qd pat̄ tradidit i mortē p̄rium filiū: q̄re ⁊ q̄ fuit cau- sa: certe p̄pter pctā nostra nō p̄pter sua. vnde apl's ad Ro. viij. Pro nob omnib⁹ tradidit illū. i. p peccatis no- stris Et hoc est qd pater de filio dicit Ia. lij. Propter scel⁹ populi mei p- cussi illū. O de⁹ pater quantum p̄cul- sisti filium tuū dilectum cum a plāta p̄dis vsqz ad verticē capitis nō erat i eo sanctas. O quantum pater p̄- cussit filiū suū: cū ipse i cruce p̄ mag- no dolore clamauit. Deus de⁹ meus vt quid me dereliquisti. Istam p̄cul- sionē p̄ponit nobis fili⁹ dei ihesus xps dicēs Job. xix. Miseremini mei mise. mei. sal. vs ann. mei: qz ma- do. teti. me. O quā ḡuis fuit iste ta- ct⁹ de q̄ vitā finiuit Istud figuratū ē iij. Re. ij. vbi d̄r. qd cū obsessa esset q̄ dā citas i t̄ra moab: rex moab timel

multū nullū sciens redēptorē. necessitate impulsus obtulit p̄mogenitū suū sup̄ mur̄ in holocaustū dño vt eum dñs liberaret. Quo facto hostes statim recesserūt & liberata ē ciuitas. p̄ ciuitatē istā significat̄ mūdus q̄ obsessus erat ab hostib⁹ .i. demomb⁹ pl⁹ q̄ q̄nq; milib⁹ annoꝝ & nullū potuit habē liberatorē. Tandē rex celestis obtulit filiū suū v̄mgenitū i ara crucis & sic liberati sum⁹ a potestate inimicōꝝ nr̄ōꝝ Johā. iij. sic deus dilexit mundū vt filiū suū v̄mgenitū daret vt oēs qui credūt in ip̄m nō pereāt sed habeāt vitā eternā Gre. O inestimabilis dilectō caritatis vt suū redimeres filiū tradidisti. Secūdo spirit⁹ sc̄us tradidit christū in mortem q̄n̄ cōsiliū dedit iudeis q̄ xpm̄ occiderent p̄ os caph̄e Johā. xi. vos nescitis q̄c̄q; nec cogitatis quid. sc̄z expediat. q̄ expediat vobis vt vn⁹ moriā hōmo p̄ toto p̄lo & nō tota gens pereat. Hoc autē a semetip̄o nō dixit caph̄as Ceiso. Ore suo vsus est spirit⁹ sc̄us Ab illo ergo die cogitauerūt eū interficē Ex quo p̄z q̄ sp̄s sc̄ctus cōsiliū dando tradidit eū i mortem p̄ salute generis hūm̄ Istud figuratū fuit. ij. Reg. xvii. vbi dicit̄ q̄ quidā mal⁹ cōsiliari⁹ nomine achitofel cōsilio suo hoc effecit. q̄ dauid expulsus fuit de ciuitate sua & regno Et erat quōdā bon⁹ cōsiliarius nomine chusi q̄ dedit bonū cōsiliū oītra illud & dissipauit malū cōsiliū & factū est de cōsilio suo. q̄ absalō pulcherrim⁹ suspēsus ē in arborē & occisus & p̄ mortē ip̄ius absalomis dauid rediit i ciuitatē & regnū suū Per malū cōsiliariū intelligit̄ diabolus q̄ malo cōsilio suo effecit hoc q̄ h̄o eiect⁹ ē de p̄uolō & de regno celoꝝ ad qd̄ creat⁹ eāt Per bonū cōsiliariū intelligit̄ sp̄s sanctus cui⁹ cōsilio factum ē q̄ absalon pulcherrim⁹ .i. xps̄ sp̄s formosus forma p̄

filijs hōim suspēsus ē i arborē crucis & occisus ē & post mortē h̄o h̄o rediit i ciuitatē & i regnū suū. Tertio xps̄ tradidit semetip̄m i mortē p̄ nr̄a salute Ep̄h. v. Christ⁹ dilexit nos. & tradidit semetip̄m p̄ nobis i mortē p̄ salute nr̄a. Iher. xij. Dedi dilectā aiām meā. i. vitā in manib⁹ inimicōꝝ tū e⁹. Vnde iuit obuiā inimicis suis dicens Quē q̄ritis? Responderūt ihesū nazarenū & ait. ego sum Si ergo me q̄ritis finite hos abire Ecce quō p̄ salute nr̄a tradidit semetip̄m i mortē Istud figuratū est in iona q̄ cū esset in mari & nauis piclitareē ait ad eos qui secū erāt. tollite me & mittite me in mari & cessabit tēpestas. & p̄iecto eo in mari oēs alij liberati sunt. Sic christ⁹ dedit semetip̄m in mortē vt nos a morte liberaret. qd̄ fuit maximū signū caritatis Joh. xv. Maiorē hac dil. nemo ha. vt ai. sū. po. quis p̄ amicos Bez. O bone ihesu tu maiorē caritatē habuisti. q̄ nō p̄ amicos sed p̄ tuos inimicos aiām tuā posuisti Eccl. xix. Grāz fideiussoris tui ne obliuiscaris. dedit ei p̄ te animā suam Quarto tradit⁹ fuit i mortē a discipulis q̄bus oēs iusticiā & amicitiaz exhibuerat. quōꝝ vn⁹ eoz redidit eū sc̄z iudas. alij eū negauit sc̄z petrus t̄ra⁹ relicto s̄ndone nud⁹ ab eo au fugit sc̄z iohānes & oēs alij discipuli relicto eo fugierūt q̄ aū p̄miserāt se cū eo morituros Ad cōqueriē Job. xix. dices Fr̄es meos lōge fecit a me & notī mei q̄si alieim recesserūt a me Fr̄es suos reputat dñs discipulos suos: att̄n̄ ipsi reliquerunt eum & tradiderūt eū in man⁹ inimici. Istud figuratum fuit in ioseph quē fr̄es sui vendiderūt gentibus de cōsilio vnus eoz rū nomine iudas Ioseph interpretatur saluator. & significat christū saluatorem totius mundi Iste vendit⁹ fuit ab vno fratre suo discipuloꝝ

iuda et tradit in manibus inimicorum suorum et in morte et hoc factum fuit in falsitate per osculum pacis. Legit. ij. Re. xxx. quod ioab amaron per osculum dolose interfecit: sic una manu tenens mentum quasi osculans eum et dixit: salve fratrem meum et alia manu interfecit eum. Sic iudas accessit ad eum dicens: rabe rabbi. et osculatus est eum. et per osculum tradidit eum in mortem quod dixit iudeis. Quicumque osculatus fuerit: ipse est tenens eum. Et ait ihesus ad iudam. Amice ad quid venisti. Osculo tradis filium hominis. Respondit ergo filij hominis quod mirabile erat quod a discipulis suis traditus. negatus et delictus fuerat. et videte si est dolor sicut dolor est. Hieronimus dicit quod christus magis doluit quod iudas desperavit et remanere non petiit. Quod de hoc quod vendiderat eum. Quanto traditus fuit a cognatis et consanguineis suis. id est de gente iudeorum: de quorum genere natus fuit qui tradiderunt eum gentilibus scilicet pilato. et herodi. unde ait pilatus ad ihesum. Io. xvij. Gentes tuae et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti. Luc. xxij. Pilatus convocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe dixit. obtulistis mihi homines quasi auertentes populum: ecce enim coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto. Job. xvij. Respondent iudei. Si non esset hic malefactor non tradidissemus eum tibi. Ex quo patet quomodo consanguinei eius tradiderunt eum in mortem. Istud figuratum est in iudicio. xv. in sampsonem ad quem venerunt cognati et consanguinei dicentes: venimus ut ligemus te et tradamus in manus philistinorum et ecce sampson promisit se ligari: et ab eis trahi ad inimicos suos. per sampsonem fortissimum significat christus qui a deo fortissimus fuit quod uno verbo omnes inimicos suos prostravit. Cum enim veniret cum magno turbam cum sustibus et gladibus ut eum caperent. processit eis obviam. d. Quae queritis. Cum ergo dixissent Ihesum nazarenum. Et tunc

dit: ego sum. et audito hoc verbo: abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Ex quo patet eius fortitudo. Sampson prostravit mille viros manibus a se. Christus prostravit multa milia univo verbo. In hoc apparet quod bene se defendisset si voluisset. sed noluit. immo promisit se voluntarie capi tanquam sampsonem in manus inimicorum trahi. Sexto traditus est in mortem a matre sua quam eum ad hoc genuit: ut mortem per genere humano sustineret. Unde dicit dominus per prophetam Iheremiam xv. ad matrem. Ve mihi mater mea. Ut quod genuisti me in universa terra: omnes contradicunt mihi. Item dolore habuit christus ex parte matris cum videret eam turbatissimam iuxta crucem. Io. xix. Stabat iuxta crucem maria mater ihesu: et ideo eam bene videre potuit: et ea visa maiorem dolorem sustinuit. Hieronimus. O bone ihesu quod graviter foderis extra: sed multo graviter foderis intra ex passione matris tue tecum omnia participatis. Et sic dupliciter habuit dolorem. scilicet ex parte filii. et ex parte matris. Unde dicit per Iheremiam. xx. Da vulva egressus sum: ut viderem laborem et dolorem matris mee: de dolore matris dicit Augustinus. Illa pia mater commota dolore. ululans pectora delicata contundens: ita omnia membra sua fatigauerat ut sensu deficiens vix pervenire potuit ad christi funem. Cum ergo hunc dolorem matris videt quem plangendo. tunc tunc. lacrimando. ululando facebat: speciale dolorem cordis sui compatendo sustinebat. Hieronimus. Nec lingua loquitur: nec mens cogitare valebit quanto dolore inter tenebat animam marie: cum iuxta crucem staret: et eum patientem videt. Attamen ipsa maluit filium crucifigi quam genus humanum non liberari. Prover. xxx. Petra movet terra et quartum sustinere non potest. Petra terra significat maria quod sicut terra portat nos ne cadamus in abissum: sic maria portat nos per gratiam suam ne cadamus in infernum. Et

fiat terra pferet nobis fructū bonū  
 unde viuim⁹ in hoc mūdo sic maria  
 portat nobis fructum v̄tris sui. vñ  
 de viuem⁹ eternaliter in celo Terra  
 ista. i. maria mouet id ē tremet pp̄  
 tria. sic in maria fuerunt tria. i. tres  
 passiōes q̄ grauē sustinere potuit.  
**P**rimū est amarissim⁹ dolor quē ha  
 buit fili⁹ suus in flagellatione qñ nu  
 dus ligat⁹ fuit ad colūnā. ⁊ intantū  
 virgis ⁊ flagellis celsus q̄ a plāta p̄  
 dis vsq̄ ad verticē nō erat in eo san  
 tas. **S**ecūdo dolor fuit amarissimus  
 quē sustinuit i filij sui coronatiōe qñ  
 indut⁹ veste purpurea ⁊ cocinea. i  
 posuerūt capiti sui coronā de spinis  
 p̄ dyademater ⁊ arūdinē in manu p̄  
 sceptro ⁊ arūdinē pcutientes caput  
 ei⁹ illudebāt eū ⁊ flectentes corā eo  
 genua ⁊ dicētes **A**ue rex iudeorum.  
**I**stud grauē maria sustinuit. **T**er  
 us fuit amarissim⁹ dolor quē sustinu  
 it fili⁹ eius dilect⁹ in crucifixione qñ  
 man⁹ eius ⁊ pedes clauis ferreis pfo  
 rabāt ⁊ intantū oīa mēbra ei⁹ in lig  
 no crucis extēdebant q̄ oīa ossa ei⁹  
 numerari poterāt. vñ **P̄s.** **D**inūe  
 rauērūt omnia ossa mea. **A**ncelm⁹.  
**D**omina mea misericordissimar: quos  
 fontes lacrimarū dicā erupisse de pu  
 dialissimis tuis oculis cum p̄spiceres  
 vnicū filium tuū innocētē coram  
 te ligari. flagellari ⁊ mactari: quos  
 flet⁹ credam p̄fuisse p̄ssimū vultū  
 tuū. cum cōspiceres eūdem filium tu  
 um i cruce sine culpa extēdi ⁊ carnē  
 de carne tua ab ip̄is crudelit̄ discer  
 pi. **E**t licz maria grauiter p̄pter poi  
 eta tria moueret ⁊ contremiscēt. tñ  
 ea sustinuit vt gen⁹ humanū non p̄  
 deretur: sed quartū nullo mō sustie  
 re potuit. scz. humani generis perdi  
 tionem. **S**i em̄ possibile essz q̄ maria  
 centū filios habuisset: oēs p̄ redemp  
 tione generis hūam i mortē tradidisset.  
**S**ic ergo p̄tz: q̄ maria filiū suū i

mortē tradidit: qz in mortē ei⁹ cō  
 sensum dedit magis volens eū mori  
 q̄ hominem damnari. **I**st⁹ figuratū  
 est. nñ. **R**egū. vi. vbi d̄z q̄ cum ciui  
 tas quedā samaria nomie circūal  
 lata esset ⁊ victualia deficerēt ciuita  
 ti. **M**ulier quedam mactauit filiū ⁊  
 comedit cū alia muliere: quo come  
 sto. alia mulier abscondit filiū suū ⁊  
 clamauit illa q̄ filiū suū mactauerat  
 ad regē d̄. **O** dñe mi. hec mulier ⁊  
 ego corim⁹ filiū meū ⁊ comedimus  
 hec aut̄ abscondit filiū suū. **A**udiēs at̄  
 rex hāc rem: sciuit vestimenta sua ⁊  
 deinde laborabat ad hoc q̄ ciuitas il  
 la liberata fuit. **P**er ciuitatē illā in  
 telligit mūdus q̄ obsessus erat ante  
 passiōē xp̄i ab inimicis. i. demoib⁹  
**P**er mulierē q̄ mactauit filiū ⁊ cor  
 it̄ significat maria q̄ cōsensū ad hoc d̄  
 dit vt fili⁹ suus mactaret⁹ ⁊ in cruce  
 decoq̄ret⁹ p̄ eo q̄ mūdus ab hostib⁹  
 suis liberaret⁹. **V**er. **M**aria semp sol  
 licata erat p̄ salute generis hūam ⁊  
 q̄nis cū magno dolore filiū suū mori  
 vidit: maluit tñ filiū suū crucifigi. q̄  
 gen⁹ humanū perpetue cōdemnari.  
**A**mbro. **S**tabat iuxta crucez maria  
 nō solum vt mortē filij sui cōsideret  
 sed vt mundi redemptionem exspe  
 ctaret.

**I**te de passione. **S**er. lxxvi.

**N**olite me vocare noemi qd̄  
 est pulchra: sed vocate me  
 marā. id est amarā. qz  
 valde me amaritudine repleuit om  
 nipotēs. **R**uth. i. **V**erba apposita que  
 dā ml̄e loq̄b̄ at̄ i veteri lege ex maḡ  
 amaritudine cordis sui q̄ amiserat vi  
 rū suū ⁊ dilectōs suos filios. **E**t bñ cō  
 ueniunt b̄tē **M**arie virginis. q̄ hodie  
 amisit dilectū filiū suū. vñ bñ dia p̄nt  
 de illa pulcherrima v̄gine maria. **N**oli  
 te me vocare noemi. i. pulchra: sed v̄  
 te me amarā: qz oēs d̄⁹ epleuit me

omni amaritudine eo q̄ dulcissimiuz  
 filiū meū amisi turpissima morte. q̄  
 vnq̄ aliquis hō passus ē. Cōsuetudo  
 ē apud honestos hōies q̄ qñ aliq̄ ho  
 nesta mulier filiū amittit oēs cōsang  
 uinei & vicini & alie boē dñe veniūt ad  
 eū & solantur eā & deplorant cum ea  
 mortē dilecti filij sui. S; hodie bt̄vū  
 go maria p̄didit filiū suū dilectuz  
 pulchriorē & amabiliorē puerz. q̄ vn  
 q̄ ml̄t p̄perit in hoc mundo & illum  
 p̄didit nō iusta morte sed morte tur  
 pissima quādo vidit eū coraz oculis  
 suis tanq̄ latronē suspendi & iō oēs  
 boni hōies mulieres & viri. iuuenes  
 & senes debēt opati & misereri tā tur  
 batissime mri & tā innocētū puero ei⁹  
 & tā miserabiliter in cruce pendētē &  
 debent eū ea flere. Saendū q̄ beata  
 v̄go maria habuit ēplīcē amaritudi  
 nem siue cordis dolorē. Primo ex eo  
 q̄ dilectuz filius suū in tantis necessi  
 tatibz & tribulationibz cōstitutū vidit  
 & i nullo sibi auxiliū p̄bere potuit. iō  
 bene amari cordis esse potuit. Si em̄  
 sibi in aliquo subuenire potuiss; do  
 lor ei⁹ nō tant⁹ fuisset. Multum vere  
 amara esse potuit qñ vidit dilectuz  
 filiū suū toto suo corpe nudum i cru  
 ce corā omni populo pendere. sicut d̄  
 v̄tero suo nat⁹ fuerat & nō sinebatur  
 eū tegere pallio suo. Legit̄ gene. ix.  
 q̄ noe biberat v̄mū & inebriatus est  
 dormiens i tabernaculo suo nudat⁹  
 qd̄ vidēs fili⁹ ei⁹ cham derisit eū qd̄ cū  
 alijs duo filij sui sez. sem. & iaphet au  
 dissent turbati sūt & imposuerūt pal  
 liuz suū suis humeris & incedentes re  
 tro sū ne viderēt nuditatē pat̄s ope  
 rierūt eū pallio suo. Sed maria ml̄  
 to magis turbari potuit qñ vidit fili  
 uz suū dilectū nudū nec sibi eū pallio  
 operire licuit. Illi doluerūt q̄ pat̄ ab  
 vno filio derisus fuit. Maria pl⁹ do  
 lere potuit qñ vidit filiū suū derideri  
 ab oī p̄lo. Illi doluerūt q̄ pat̄ ei⁹ in

tabernaculo nudat⁹ fuit. maria pl⁹  
 dolere potuit q̄ fili⁹ ei⁹ in cōi campo  
 corā infimtis nud⁹ p̄pedit. Noe d̄ca  
 miēs nudat⁹ derisus fuit. xps̄ vigilā  
 nudat⁹ fuit & illusus. Quā maria ista  
 oia vidit nec sibi subuenire potuit.  
 merito amari cordis esse potuit. Itē  
 multū amara esse potuit. qñ dilcūs  
 ei⁹ filius in cruce haustū aq̄ pet̄t nec  
 sibi licuit ministrare. q̄ possibile fuisset  
 libentē p̄miss; sanguinē de corde  
 lac de v̄be. aiaz de corpe. Legit̄ Ge.  
 xxi. q̄ ml̄t qd̄az agar noīe acilla abē  
 he cū v̄nico filio suo errabat i qd̄a so  
 litudine in q̄ nō erat aq̄ & sitiuit fili⁹  
 ei⁹ ad mortē q̄ p̄ abrahā cū pane. &  
 v̄tre aq̄ dimissa. Cūq; videret ei⁹ fi  
 liū siti deficere & morti appim̄re. po  
 suit eū s̄ arborē qd̄a in v̄mbra v̄tra  
 estuz solis & recessit ab eo q̄tuz arc⁹  
 iacē p̄t. ne vidēt filius suū morientē  
 & sedens leuauit vocē suā & fleuit. et  
 exaudiuit dñs vocē flet⁹ eius & misit  
 ei angeluz q̄ cōsolabat eā & ostendit  
 ei puteuz de quo hausit aquā. & reso  
 allauit puerz. Multo maiorē dolorē  
 habuit maria ex p̄te filij sui q̄ illa q̄  
 illa vidit filius suuz sitim patientē i so  
 litudine vbi nō erat aq̄. Maria autē  
 vidit filius suuz sitim patientē nō i so  
 litudine vbi aq̄ nō defuit. s̄ in optia  
 tra vbi nō soluz erat aqua s̄ v̄num  
 & oīm rez abundātia. illi⁹ fili⁹ sitim  
 pass⁹ ē i exilio vbi non habebat ami  
 cos. Fili⁹ autē marie pass⁹ ē sitiz i pa  
 tria sua vbi erat in̄t amicos & san  
 guineos. illa posuit filius s̄ arborē in  
 v̄mbra v̄tra ardorē solis. ista vidit  
 filius pendē in arborē crucis in feruorē  
 solis illa recessit a filio ne videret eū  
 morientē. Maria stetit iuxta crucem  
 & vidit filius suū expirantē illa sedit  
 in tra & fleuit. Maria stetit & pl̄xit.  
 nō ei in multitudīne locū sedendi ha  
 buit illa habuit āgeluz dei cōsolatorē  
 maria nō legit̄ habuisse cōsolatorē

**I**lli ostēdit āgel⁹ fontē aque de quo  
 filiū refocillauit marie: null⁹ ostēdit  
 guttā aque quā filio suo p̄pararet.  
**I**lla dedit filio suo aquā recentē: ma-  
 ria vidit filio suo dari acetū felle mix-  
 tū. Multū ergo dolē potuit q̄ om̄ia  
 ista vidit et ei subuenire nō potuit.  
**I**te multū amara esse potuit: q̄n vi-  
 debat filiū suū iclinato capite sp̄m  
 tradē: nec sinebat ei caput erigere.  
 nec oculos claudē. nec i aliquo sbue-  
 mē. **Legit. nj. Re. nj.** q̄ mulier q̄  
 vā simamitis sterilis eat: et p̄ p̄ces ha-  
 lisei ei datus ē fili⁹ quē diligebat tā  
 q̄ vnicū filiū. et a deo miraculose da-  
 tū. **Quadā die cū esset puer in agro**  
**cū p̄te suo feruor solis excussit caput**  
**eius. et clamare cepit ad p̄ez suū ca-**  
**put meū doleo. Et remisit pat̄ eū p̄**  
**feruū ad m̄tē suā et mater cū mag-**  
**no dolore posuit eū sup̄ genua suavi**  
**q̄ ad meridiē et mortu⁹ ē puer in si-**  
**nu eius. Maria multo magis dolē**  
**potuit: q̄ illa q̄n vidit vnicū dilectū**  
**filiū suū a dō miraculose sibi donatū**  
**nō solū dolē caput eius s̄ oīa ei⁹ mē-**  
**bra esse plena doloris a plāta pedis**  
**vsq̄ ad verticē capitis. Illa tenuit i**  
**sinu: donec expiraret. maria nō tm̄**  
**potuit appropinquare filio suo q̄ ocu-**  
**los ei⁹ claudēt. vel caput eius erige-**  
**ret cū sp̄m exalaret. Maria multū**  
**dolē potuit q̄n hęc oīa vidit et audi-**  
**uit. Tūc impleta est in maria p̄phetia**  
**dauid quā lōge dixerat de ea. Audi**  
**filia et vide. q. d. O filia mea maria**  
**que de ḡne meo nata es. Audi et vi-**  
**de tria. Audi p̄mū amara somitū mal-**  
**leorū q̄ penetrauerūt man⁹ et pedes**  
**filij tui quādo affixus ē crux. Audi**  
**secūdo illa opprobria v̄ba et mēdacia**  
**que iudei et pagani dilecto filio tuo**  
**acclamabāt. Audi tercio illā lamen-**  
**tabilē et miserabilē vocē filij tui. quā**  
**do p̄ nimio dolore se delictū a patre**  
**dicebat. O hō ista tria sunt q̄ audire**

debes aurib⁹ mētis cū iuxta crucēste-  
 teris **V**nde silr̄ tā vide. **V**ide p̄mo il-  
 lā b̄ndictā et delectabilē facē dilei fi-  
 lij tui ita scussaz palmis et pugnis iu-  
 deorū et paganorū et ita turpē sputis  
 maculatā q̄ nō ē sp̄s i eo neq̄ deor  
 s̄ simil leproso ē fact⁹ **V**ide secūdo de  
 tenerrio filio tuo. s. corpe dilectissimi  
 filij tui octo flumina sāguinis et aque  
 emanantia. de maib⁹ duo sāguis. 8  
 ocul duo aque. 8 pedib⁹ duo sāguis  
 de latē duor vniū aque et aliud sāguis  
 nis **V**ide t̄o q̄ oēs creature cōpatī  
 ebanē et dolebāt p̄p̄ amarissimaz fi-  
 lictū passionē: aer obtenebrat⁹ est.  
 sol detrahit lumē suū. terra mota ē. pe-  
 tre scisse sūt. lymb⁹ apt⁹ ē. aiab⁹ sā-  
 ctorū sepulchra aperta erant. mortuū  
 surrexerūt. velū tēpli scissū ē a sūmo  
 vsq̄ ad deorsū. **E**t sicut legit̄ i scolaf-  
 tica hystoria: maria ps tēpli corruit  
**Gētiles m̄grī vidēt̄s solē tenebrari**  
**deum nature pati dixerūt sicut athe-**  
**meū. et altare sibi edificauerūt Et si-**  
**cut legit̄ sup̄ Thob. cum dyabol⁹ hęc**  
**oīa mirabilia vidēt et tam miserabi-**  
**lia pati xpm̄ aspiciēt: posuit se sup̄ si-**  
**mistr̄ brachiu⁹ crucis: q̄ dubitauit**  
**vt̄ ver⁹ dei fili⁹ esse possz quē in tan-**  
**tis miseris deliqt̄ Sic p̄t̄ p̄m⁹ dolor**  
**quē Maria hūit ex eo q̄ eū i tantis**  
**tribulatiōib⁹ vidit: et i nullo ei sbue-**  
**mē potuit. Secūdo dolor Marie fu-**  
**it ex eo q̄ libent̄ p̄ filio vel cū eo mor-**  
**tua fuissz: s̄ nō potuit q̄ de⁹ nō p̄mi-**  
**sit. Her. Tāta vis amoris marie mē-**  
**tē accēdeāt vt fugiētib⁹ discipul: ip-**  
**sa iuxta crucē astās et moriētī volēt**  
**pata p̄ eo l̄ cū eo mori fuit. vñ b̄n-**  
**dicē potuit O iudi et gētiles obsecro**  
**nato patre et m̄ez p̄ eo occidite l̄ cū**  
**eo interficite ne sol⁹ tā miserabilē in-**  
**terficiat̄: et mater nō sola i hac vita**  
**miserā relinquat̄. Tūc impletū est i**  
**maria qd̄ symeō p̄dixēat. Tuā ipsi⁹**  
**aiam pertransibit gladius. a. amara**

2<sup>a</sup> volitionem

filij tui passio quā oculis tuis videb. pteā sibi aiā tuā. i. ita ledet aiā tuā ac si gladius pteā sibi cor tuū. Rō emz potuit vidē tam amarā filij sui passionē sine magno sui cordis dolore. Dolores quos nō habuit maria filiū suū pziens. hys sustinuit ipm mori vidēs. Legitur. ij. Regum xvij. q. cū nūcātū essz dauid q. filiū suū absalon suspēsus essz in arborē. et mortu⁹ coopto capite incedēs lugebat filiū suū dicens Absalon fili mi fili mi absalon. quis mihi det vt ego moriar p te fili mi absalon. Certe si dauid p filio tali qui nequā fuit mori voluit. multo magis maria pro dilecto filio suo pata mori fuit. Pñ dicere potuit. quādo vidit filiū suū dilectū in arbore crucis pendentē et morientē. O fili mi dilectissime. quis det michi vt ego moriar p te. o q. libentē p te vel cū te mori vellē. Item legiē in historia scolastica q. adāz et eua planxerūt mortē fili sui abel centum annis. ita q. nūq. postmodum ducebāt et voluerunt sic pmanisse n. domin⁹ iussit eos ducere. Si ipi i fra centū annos nō potuerūt obliuī sci mortē filij sui. certū est q. si maria centū annos vixit mortē filij sui nūquā oblita fuit. sed semp planxit. Itē legiē Genes. xxxvii. c. q. iacob patercha habuit duodecim filios et cū perdidit vnū ex eis scz ioseph. et vidit tunicā e⁹ sanguinolentā scz scis vestibus indut⁹ est alio. et planxit filiū suū incōsolabiliē mltis annis dicens. Vera pessima deuorauit filiū meū ioseph. Et cōgregatis cunctis libeīs vt delirēt dolorē patris noluit habere cōsolationem sed dixit. Descēdā lugēs ad filiū meū in infernū. i. i lymbū. q. diceret. In hac vita nūq. cōsolationē accipiā donec ibi veniāz vbi dilectū filiū meū inueniā. Certe si iacob p vno filio tm̄ voluit. cū tm̄. xi.

retinuit. multo magis maria dolē potuit q. n. vnū filiū habuit et eūdem pessima morte pdidit. Vnde cū vidēt sanguinolentā filij sui tunicā. i. eius corpus cruentatū. bñ potuit dicere cū iacob. Vera pessima deuorauit filiū meū. i. inuidia iudeorū. et ideo in ista vita nūq. accipiā cōsolationem. nisi videto filiū meū viuētē et resurgētē. Epiphani⁹. Hec fuerūt vba beate marie vginis iuxta crucē. Inuisibilis in essentia. visibilis fit mihi patiens passiones oēs. lumen dans cecis. ex legib⁹ labijs cōspuitur. Deu mihi q. hęc fecisti fili mi speciosus forma p filijs hōim sine figura apparens. non habēs specē neq. decore. heu me nō valeo te viuūz videre mea interiora pforantur. et gladius tue passionis pteā transit animā meā. Tunc potuit cū iheremia dicere. c. ix. q. dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lacrimarū. et plorabo die ac nocte in cōfessione dilectissimi mei filij. Et cum beato iacob. xix. dicere potuit. Misere mei miseremē mei saltez vos amici mei et deplāgite me cū dilectissimi filij mei mortē tā innocētē in cōfessione. Ver. Nec lingua loqui. nec mēs cogitare valebit quāto dolore itus tenebat aiā marie cū iuxta crucē staret et filiū suū mori videret. vñ. Iheronim⁹. dicit q. maria plusq. martir fuit. Alij ei martires passi sunt in illa parte q. est passibilis. sensibilis. et mortal. scz in corpore. Maria autē passa ē in illa pte q. est impassibilis immortalis scz in aiā. ad cui⁹ passionē exigit fortior v̄tus actiua incōpabiliter q. ad corpis passionē. Oēs ei ignes et gladij materiales q. i mūdo sūt nō possūt ledere vnā aiā. s. oportet q. sit ignis vel gladius spūal. si d. agē in aiā. et iō maria pl⁹ passa est in aiā. q. alij mēs in corpore. sic ergo p. scdōs dolor marie quē habuit ex eo q. libentē p

filio vel cū filio mortua fuisset: s̄ n̄ po-  
tuit: qz deus noluit. In q̄dā cronica  
romanoꝝ legiē q̄ qdā mulier habu-  
it dilectū filiū q̄ descēdit cū cesarē ad  
p̄liū ⁊ occisus ē. qd̄ cū nunciatū esset  
matri q̄ fili⁹ eius mortu⁹ esset: p̄ tri-  
sticia ⁊ dolore cecidit ⁊ expiravit. **Cer-**  
**te** sic maria expirasset oīno p̄ dolore  
cū filiuz suū pre ocul̄ suis occidi aspi-  
cēt. si de⁹ specialit̄ nō restitisset. **Ter-**  
**ci⁹** dolor v̄gis marie magn⁹ fuit ex  
eo q̄ tūc totū gen⁹ hūanū fere in fi-  
de dubitauit ⁊ periclitabatur. **Vnde**  
**ber.** Maria semp̄ solitata eāt p̄ salu-  
te gn̄is hūanū. **Et** ex dictis p̄phetaz  
sciuit q̄ fili⁹ eius p̄ suā mortē hōies  
debēt liberare ⁊ q̄uis cū dolore filiū  
suū mori vidēt: tamē maluit filium  
crucifigi. q̄ gen⁹ humanū p̄di. **Eccc**  
**ptz** quātū gen⁹ hūanū dilexit. qz po-  
tius filiū suū mori voluit. q̄ gen⁹ hu-  
manū p̄di ⁊ odēnari. **Legiē terti⁹** **Re-**  
**gū** tao ca. q̄ due muliēs cōtēdebāt  
pro puero vno corā Salomone: vna  
dixit me⁹ ē. alia dixit: me⁹ ē. **Et** ait  
rex Salomō. **Afferre** mihi gladiū ⁊  
diuidite infantem ⁊ date vnicuiqz  
partē. **Qd̄** cū audisset vera mat̄ pue-  
ri. cōmota sūt viscera ei⁹ sup̄ puero  
et ait. **Obsecro** domine mi: date illi  
infantē viuū ⁊ nolite eū occidē. **Eccc**  
quātū dilexit filiū suū q̄ magis vole-  
bat carē filio q̄ pmitteret eū occidi.  
**Certe** maria multo plus dilexit filiū  
suū adoptiuū v̄spūalē. scz hōiem qz  
magis voluit filiū suū v̄mā corā o-  
cul̄ suis occidi q̄ filio suo spūali. i. hō-  
mine p̄petuo carē. **Et** iō maria habu-  
it duplicē dolore. **Primo** p̄ filio suo  
corpali. s. xp̄o quē videbat mortuū i  
torpe. **Secūdo** p̄ filio suo spūali. i. hōie  
quē videbat mori in aīa. qz oīs hō in  
illō tpe in fide dubitauit p̄ter solam  
mariā. ⁊ iō tūc bene dicē potuit. **No-**  
**lite** me vocare noemi. i. pulchrā: sed  
marā ⁊ amarā. **Rota** breuē histor.

**Noemi** cū duob⁹ filijs suis. s. maalo  
et cheliō. tpe famis egressa ē d̄ beth-  
leē. ⁊ pegrinata ē in terrā gētiliū. s. i  
terrā moab. ⁊ ibi fuit. x. annis ⁊ abo  
filij sui mortui sūt. **Tūc** ipsa cū maḡ  
tristitia reuersa est in bethleē ⁊ per-  
trāsiuit fama p̄ totā ciuitatē ⁊ dice-  
bāt hōies. **Hec** ē illa pulchra noemi.  
**Tūc** respōdit illa. **Nolite** me vocare  
noemi. ⁊ c. **Hoc** idō dicebat. qz dile-  
ctos filios amiserat. **Sic** bene dicere  
potuit maria i die pasceues. **Nolite**  
me vocare noemi ⁊ c. qz hodie ambo  
filios meos amisi. qz abo mortui sūt.  
**Carnal** fili⁹. s. ihs xp̄s mortu⁹ ē cor-  
pore. **Spūal**. s. hō mortu⁹ erat i aīa  
p̄ infidelitatē. qz Maria fuit mat̄  
dei ⁊ hōis ⁊ adhuc sit. ptz p̄ beatum  
**ber.** dicentē. **Tu** mat̄ dei oīpotētis.  
tu mater exul. tu mat̄ rei. tu mater  
iudias. **Mat̄** ergo illa misericordie  
reū filium ⁊ malū infantū dilexit. qz  
pro eo innocentē filiū ⁊ bonum occidi  
voluit. **Legiē. ij.** **Macha.** vj. qz eāt  
qdā mulier venerāda ⁊ laude digna  
q̄ hūit vj. filios quos vidit oēs ante  
oculos suos p̄iri ⁊ occidi. **Prō** filio  
fuit cutis abstēcta ⁊ i sartagine feruē-  
tē p̄iecta. **De** idē p̄scindebant sūmita-  
tes manū ⁊ pedū ⁊ lingua. **De** idē to-  
tū corp⁹ p̄iectū ē i sartaginez. sic fie-  
bat singul̄ feib⁹: ⁊ ipa m̄ singulos  
hortabāt vt p̄t̄ deū mortē viciliē su-  
stimerēt: ad vltimū p̄misit seipsā p̄ la-  
ge di sui iēfia. **Q̄** ista ē mltū cōmō-  
ta i septuris sac̄s. **Sz** maria mltō ma-  
gis cōmōda ē. **Illa** p̄misit filijs suis cu-  
tē capitis extrahi. **Ma.** p̄misit sp̄is a-  
cutiss̄ caput filij sui p̄odi. ⁊ arūdie  
caput ei⁹ p̄cuti ⁊ cruce affigi. **Illa** p̄mi-  
sit filios suos occidi p̄t̄ deū suū crea-  
torē. **Ista** p̄misit filiū suū occidi p̄pter  
miser̄ p̄ctōrē. **Illap̄** misit filijs suis ma-  
n⁹ ⁊ pe. abscidi: ista p̄misit filio suo  
mā⁹ ⁊ pe. clavis ferreis p̄odi ⁊ lat⁹  
ap̄iri. **Illa** p̄misit occidi. vj. filios: s̄

maria septē filios habuiss; oēs morti tradidiss; anteq̄ hō mortu⁹ fuiss; . et redēptus nō fuisset **Ser.** Si christ⁹ tot mēbra habuiss; quot sunt stelle i celo . et vnūq̄d̄q; mēbrū p se corpus habuisset . oia morti exposuisset anq̄ gen⁹ humanū in inferno reliquisset sic et brā v̄go maria pulq̄ genus humanū redēptum nō fuiss; si tot filios habuisset oēs morti exposuisset et scā omnia p opassionem ptuliss; . **Sic** ergo p; tēra⁹ dolor bē marie v̄ginis que; habuit ex pte generis humani qd̄ videbat i fide piclitari **Rogem⁹** ipsam btām v̄ginē mariā et c

**In die pasche Ser. Ser. lxxvii.**

**D**ulca nostz imolatus ē christ⁹ ritāq; epulemur . i . **Chp.** v . in verbis istis facit apl's duo **Primo** reducat nobis memoriā passiomis xp̄i . **Secūdo** hortat nos ad corpore xp̄i pceptionē **Primum** ibi . pascha nrm̄ imolatus ē christ⁹ . q̄si diceret . xp̄s est imolat⁹ . i . occasus ē p nobis sicut agn⁹ paschalis quē iudei i liberatione sua de terra egipti imolauerūt et occiderūt **Nā** sicut illi per agnū paschalē liberati fuerūt d̄ egipto **Sic** et nos p agnū istū scz xp̄m de inferno **Rota** historiā **Exod. xij.** Cūq; vellet dñs liberare filios isrl̄ de potestate pharaonis pcepit vt tollerent agnū quendā qui ess; sine macula et illū deberēt comedere assū igni non crudum id est semicoctum . nec coctum aqua . et sanguine eius deberent signare supliminaria domoz suaz **Per** filios israhel qui capti fuerūt in egipto sub potestate pharaonis signatur totum genus humanum quod erat sub potestate pharaonis regis egipti . i . tenebrāz plusq; quinq; milibus annoz et per nullum potuit liberari **Tandem** misertus dominus nostri . misit agnū suū . i . filiū e⁹ v̄gemitū ihesum christum . de quo ysaias ppheta

uerat et desiderauerat clamando ad deum et dixit **Emitte** agnum domine dñatorē terre **Ysa. xvi.** Et p sanguinē istius agni liberati sumus de potestate diaboli . i . **Pet. i.** **Nō** corruptibili bz auro et argēto redēpti estis s̄ p̄ioso sāguie istaiaia et imaculati ihesu xp̄i . **De** isto agno dr̄ . iherē . xi . **Quasi** agnus māsuētus q̄ p̄oz . ad victi . i . ad mortē sic fuit christus māsuētus i passione et patientē mortē sustinuit pro pctis nris **Nā** cum male tractaret v̄bis et verberibus nō se vindicabat; n̄ tradicebat **Ysa. liii.** quasi agnus corā rōdente sic obmutuit **Istū** agnū dedit nobis pater celestis in cibum **Unde** hortat nos apl's ad comedēdū cū dicit . itaq; epulemur **Quo** autē istū agnū comedere debemus p; in illo quē filij israhel comederūt **De** illo dicit qd̄ debuit esse sine macula p qd̄ significat qd̄ oēs volentes comedē de isto agno bñdicto scz ihesu xp̄o . dñt eē sine macula pcti . s̄ mundi a pctō . **Unde** apl's . i . **Choz. xi.** **Probz** at se ipsū hōrtz . s̄ . mund⁹ sit a pcti macula . et sic de pane illo edat . et de calice bibat **Qui** indigne māducat et bibit iudicium sibi māducat et bibit . reus erit corpis dñi et sanguinis **Glo.** acsi ipsū interficeret **Ambro.** qui indigne christū sumit idē est acsi ipsū interficiat **Augusti.** **Magis** peccat q̄ christū tradit pctōribus mēbris q̄ iudas q̄ tradidit eū crucifixoribz iudeis . de iuda dicit dñs **Ve** illi p que; filius hominis tradet . in sempitnū ve illi qui ad mensam dñi accedit indignus **Iudas** christū tradidit iudeis . iste tradit eū demonibz quādo ponit eum i loco demonū . ille vendidit p argento . iste vendit p vili pctō . **De** iuda dixit dominus . q̄ intingit meū manū in papside hic me tradz **Manum** cū domio i papside mittit q̄ auz pctō ad dōmicam mēsam accedit et q̄uis

dñm corp⁹ assumit nō tñ ad vitā eē  
 nā: s̄ ad suā damnationē māducat.  
**Aug.** De vno pane accepit petr⁹ ⁊  
 iudas. petr⁹ ad vitā: iudas ad mor-  
 tē. Vñ cātāt eccia i sequētia qdā s̄  
 mūt tom̄ sumūt mali ⁊ ē. **Per.** p̄it  
 exēplū i flore scz faba. **Ide** flos fit mel  
 in apib⁹. venenū i araneā: sic idē cor-  
 p⁹ in vōis vita. i mal⁹ mors ē. Vñ iob  
 xx. **Qais** ei⁹ .i. corp⁹ eius .i. xp̄i i vte  
 ro illi⁹ .i. pctōris v̄tē in fel aspiciū i  
 trāscē. **Qñtū** āt displicet dño q̄ im-  
 mūdi accēdūt ad corpis coionē p̄ im-  
 osa. q̄ cū tetigissz archā in q̄ eāt mā-  
 na scūm. statim cecidit ⁊ expirauit:  
 eo q̄ ea nocte cū vxōe sua dormieāt  
 qd̄ vidēs dauid timuit archā iducē i  
 domū suam. **Nota** hysto. ij. **Re. vi.**  
**Gre.** Intuēdū ē quātū delinqt q̄ ad  
 corp⁹ dñi reus accedit. **Si** ille morte  
 mulctat q̄ archā dñi corpis figurā  
 gestātem minori q̄ debuit reuerētia  
 tetigit si dauid tūc timuit figurā cor-  
 pis dñi inducē i domū suā: q̄ adeo  
 bon⁹ erat ⁊ p̄fect⁹ q̄ dñs de eo dixit  
**Inueni** virū fm̄ cor meū. **Qultoma**  
 gis debuit xp̄ian⁹ timē ex̄is in pctis  
 corp⁹ xp̄i ad os suū sumē. **Si** cētucio  
 dixit. dñe uō sū dign⁹ vt itres ⁊ c.  
**Qño** tu pctōr p̄sumis i os tuū sumē.  
**Si** iohes baptista scissim⁹ int̄ natos  
 mulierz tremuit ⁊ n̄ audebat t̄gē  
 verticē xp̄i: quō tu miser pctōr sciēs  
 te i pctis audes eius corp⁹ māducaē  
**Et** tñ licz null⁹ possit se reputare dig-  
 nū. nemo tñ dz p̄t hoc coionē p̄tes  
 mittē si em̄ dolet de pctis ⁊ cōfessus  
 fuerit dñs p̄ suā miam iplebit qd̄ in  
 nob̄ defiat. **Exēplū** monach⁹ qdā p̄  
 pauit se ad coionē qñtū potuit. **Cū**  
 post agn⁹ dei i orōne iacēt vidit i ma-  
 nib⁹ sacerdotis puerū **Ihm̄** q̄si i cruce  
 pendētē: ⁊ oia vulnera ei⁹ sanguine  
 fluebāt. **Tuebatus** ergo timuit ⁊ re-  
 putauit se indignū ⁊ nō cōmunicauit  
 cū alijs. **Dicta** missa cū essz in orōne:

apparuit ei btā v̄go dicēs. **Cur** nōn  
 hodie sup̄sisti corpus filij mei. **Ille** rñ  
 dit nō dignū se esse. **Beata** v̄go rñ  
 dit. **Tu** te cogitas indignū ⁊ quis p̄t  
 esse dign⁹. **Roga** eū vt te faciat di-  
 gnū: ⁊ vide ne cetero simile facias.  
**Secūdo** notādū q̄ agn⁹ pascalis cō-  
 medebat igni assat⁹: p̄ qd̄ significat  
 q̄ illi q̄ corp⁹ xp̄i digne volūt sumē  
 debēt esse accēsi igne caritatis ad de-  
 um ⁊ pximū. **Vñ** p̄cepit dñs **Leui.**  
 vi. dicēs. **Ignis** in altari meo semp  
 ardebit: quē nutriet sacerdos subna-  
 ens liḡ mane ⁊ respere p̄ singulos  
 dies. **Gre.** **Altare** dei ē cor nostr⁹. i  
 quo debet ardē semp ignis caritatis  
 quē mane ⁊ respere nutrim⁹ dū xp̄s  
 iudicatū mane ⁊ respere crucifixū  
 recolim⁹. **Herū.** **Semper** reddat tē  
 mihi amabile calix quē bibisti. op⁹  
 nostre redemptionis. **Videat** autē  
 quilibet quō nutriet ignē in altari  
 cordis sui: q̄ nō imponat ignem alie-  
 nū: scz luxurie. inuidie. male cōcupi-  
 scēdie. ne sibi cōtingat sicut **Nadab**  
 et **Abiu.** q̄ ignē alienū obtulerūt corā  
 dño i thuribul⁹ suis. ⁊ egress⁹ ignis a  
 dño .i. d̄ celo. ⁊ extirxit eos **Rō** hyst.  
**Leui. x.** **Et** sic dz **Rūe. xvi.** q̄ **Choz**  
 ⁊ sui cōplices ductos ⁊ q̄nq̄gita. q̄  
 iuidebāt **Aarō** ⁊ **Moyse** de p̄nāpatu  
 cū starent corā dño ⁊ haberēt thuri-  
 bula i maib⁹. egress⁹ ē igis de thuri-  
 bul⁹: ⁊ deuorauit eos oēs. **Sic** cōtin-  
 get ill⁹ q̄ ignē inuidie hñt i cordib⁹ su-  
 is p̄ igne dilectōis **Iō** q̄liz p̄bz se anq̄  
 accedat qz si n̄ h̄at caritatē ad deū  
 excōicat̄ ab ap̄lo .i. **Corin. xvi.** **Qui**  
 non diligit dñm ihm̄: sit anathemati-  
 sat⁹ .i. excōicat⁹ **Vñ** talib⁹ cōsulēdū  
 ē q̄ n̄ hñt caritatē ⁊ duotōez. q̄ ab-  
 stineāt quous duote p̄nt accedē. dū  
 mō sine alioz scādalo possit sup̄sioē  
**Et** si nō istat necitas: nulla tamē ne-  
 cessitas vel scādalu dz cōpellē q̄ ali-  
 quis in peccato mortali cōmunicet.

Debz habē dilectōnem ad primum  
 vt p̄us recōliet quos turbauit si a  
 mode p̄t. ⁊ dimittet oēm rancorem  
**Mat. v.** si offers mun⁹ tuū ad altaē  
 ⁊ c. sic facieudū est q̄n ad mensaz do  
 minū accedimus **Exemplū** de quodā  
 ep̄o q̄ rogauit deū vt sibi ostēderet q̄  
 digne cōmunicatēt ⁊ hoc in die pasce  
 ⁊ cū singuli venirēt ad ecciam vidit  
 quosdā rubicundos . quosdam vero  
 lucidos **Post** hec venerūt multe mu  
 lieres que etiaz habuerūt diuersas  
 facies . int̄ quas vidit duas meretri  
 ces publicas nigerrimas facies habē  
 tes q̄ post missā ita splēdide apparue  
 runt q̄ nullā maculā habuerūt **Cuz**  
 sup hoc ep̄s nimis multū miraretur .  
 venit ad eū angelus dicens **Illi** q̄ splē  
 didas facies habēt sūt q̄ scē ⁊ iuste i  
 caritate viuūt **Qui** rubicūdas facies  
 habent sūt qui detractōnes . vilis ⁊  
 vanitates . ⁊ vaniloq̄a amant . **Qui**  
 vero magis nigreas facies habēt . sūt  
 luxuriosi . homicidē . vsurarij qui mor  
 talib⁹ pctis sūt inuoluti . **Due** autem  
 meretrices q̄n ingressē sūt ecciam sūt  
 cōtrite ⁊ p̄miserūt se caste victuras  
 ⁊ dñs dimisit illis oīa pctā sua **Tunc**  
 ep̄us auocauit oēs ⁊ rez eis aperuit  
 p̄ ordinē **Ac** illi cōtriti ⁊ cōfessi oēs lu  
 cidī facti sūt ⁊ tūc accesserūt ad men  
 sam dñi **Circa** tēc cū notāduz q̄ pre  
 ceptū fuit cōmedentib⁹ agnuz q̄ bacu  
 los in manib⁹ tenerēt **Sic** qui volūt  
 māducare de isto agno debent habē  
 baculū in manu . i. fidē catholicā . sicut  
 bacul⁹ tenet ⁊ iuuat hōiem ne cadat  
 s̄ virilit̄ vadat . sic fides tenz hōiez ne  
 cadat in infernū . s̄ puemat in vitaz  
 eternā . sine fide ei nō potest saluari .  
 vnde apl's **Deb. xi.** **Credere** oportz  
 accedentē ad deū qz ē vn⁹ deus nat⁹  
 de maria ⁊ nō sit ali⁹ de⁹ i celo ⁊ i t̄ra  
**Demus** at̄ in hoc sacramēto simplici  
 ter credē q̄ nobis dicunt ⁊ nihil apli  
 us scrutari qz hūanus intellect⁹ non

potest cōprehendē v̄tutē h⁹ sacramē  
 ti **Eccl. iij.** **Altiora** te ne q̄lieris ⁊ forti  
 ora te ne scrutatus fueris . s̄ q̄ preca  
 pit de⁹ illa cogita semp . **Amb.** **Aufe**  
 rat argumentū vbi fides q̄ritur **Gre**  
**go.** **Fides** nō hz meritū vbi ratio hūa  
 na prebz expimentū **Sūt** autē multa  
 in hoc sacramēto q̄ simplici credim⁹  
**Primū** qz ille panis quē offert sacer  
 dos p⁹ cōsecrationē n̄ ē panis : s̄ caro  
 christi . ⁊ vinū p⁹ cōsecrationez nō ē  
 vinum . s̄ sanguis christi . **Exempluz**  
 cū beat⁹ gregori⁹ quōdā mulierēz cō  
 municaret ⁊ dixit **Corpus** dñi nri ihe  
 su christi p̄ficiat tibi i . ⁊ c . illa subi  
 fit . ille cōtinuo manū retrahens int̄  
 gauit q̄re rideret **Que** respōdit . qz  
 panē quem manib⁹ meis feci dicit  
 esse corp⁹ christi **Tūc** bt̄us **Gregori**  
**us** orauit dñm ⁊ corp⁹ christi factum  
 est ad instar digiti hōis ⁊ sic ad fides  
 eaz retraxit **Et** itē orauit et formā  
 p̄orez accepit ⁊ tūc trōdidit illi ad edē  
 duz **Itē** oz credē qz in singulis hostijs  
 christ⁹ sit tot⁹ ⁊ in singulis ptib⁹ ho  
 stie tot⁹ . ⁊ tant⁹ sit i vna pte hostie  
 q̄tus in integra vel in plurib⁹ **Exem**  
**plū** quidā in die pasche expectauerāt  
 donec oēs cōmunicauerāt . tūc sacer  
 dos defectū videns hostiā diuisit : qd  
 ille vidēs dubitare cepit . vtrūz chri  
 stus tātus eēt in p̄ticulari q̄tus in ita  
 gra . ⁊ cū accepiss̄ in os eius mutata  
 est i carnez scz in magnitudinez polli  
 cis ita qz deglutire nequirit **Vñ** mimi  
 um turbatus flexis genibus fleere ce  
 pit . rogās deū vt errori suo fm suaz  
 miaz sibi ignosceret . ⁊ cōtinuo corp⁹  
 christi in p̄stinā formā redit ⁊ sic de  
 glutiuūt **Itē** oportet credē qz tātum  
 valet corpus christi cōsecrūz a malo  
 sacerdote sicut a bono . qz d̄t **Aug⁹** .  
 qz deformitas media nō ipedit effec  
 tū medicine . sic vim sacramenti n̄ mu  
 tat vita mistri sicut nō fit deterius d̄  
 deteriori . sic nec melius de meliori

## Textualis expositio

**M**aria magdalea et maria me-  
iacobi maioris et iohannis  
emerunt aromata ut venien-  
tes ad sepulchrum ungerent ihesum. Et  
valde mane vna sabbatorum .i. prima  
die post sabbatum que nunc dominica de-  
venerunt .i. venientes ceperunt ad monum-  
tum ortu iam sole .i. sole ortu faciente et  
dicebant adinvicem duz appinquerunt  
monumeto Quis revoluet nobis la-  
pidem .i. de portis et respicientes viderunt  
revolutum lapidem .sp. p. angelum .erat  
quippe magnus valde. Et introeuntes in  
monumentum viderunt iuvenes .i. ange-  
lum in specie iuvenis sedentem a dextris .i.  
ad dexteraz loci illius ubi iacuerat cor-  
pus christi ihesu cooptum .i. indutum sto-  
la candida .i. veste alba . et obstupue-  
runt qui dixit illis Nolite expavesce-  
re ihesum quoniam nazarenus crucifixus surre-  
xit non est hic Ecce locus ubi posuerunt  
illum . sed ite dicite discipulis eius et pe-  
tro . quia procedet vos in galileam . quia pe-  
terus eum negaverat ideo specialiter eum nomi-  
naverat ne desperaret . Ibi eum videbi-  
tis sicut dixit vobis antequam moreretur .

Itē de eodem ser. lxxviii.

**E**cce locus ubi posuerunt eum  
.i. christum ihesum **M**arc. vi. c.  
Verba ista loquatur angelus  
ad mulieres ostendens locum ubi iacuerat  
corpus ihesu scilicet sepulchrum Circa quem  
locum sepulchri tria sunt notanda . Pri-  
mum quia factum fuerat de petra . Secundum  
quia novum . Tertium quia ostium eius gradus  
erat lapide clausum . Secundum spiritualem  
intellectum per sepulchrum in quo corpus  
christi fuit positum . significatur quilibet christi-  
anus qui hodie corpus christi accepit .  
et in animam suam collocavit . Per hoc  
autem quod fuit sepulchrum de petra signifi-  
catur quod qui recipit corpus christi debet  
esse firmus tanquam petra in bono pro-  
posito persistendi et in penitentia quam ince-  
pit usque ad finem perseverandi . Non enim

qui inceperit . sed qui perseveraverit .  
hic salvus erit Tales qui non perseve-  
raverunt in bono proposito quod inceperunt .  
sed recedunt similes sunt iudeis qui in  
die palmarum cum magno honore christum  
tanquam regem receperunt et postea in bre-  
vi tanquam latronem turpiter eiecerunt .  
Talibus esset utilius quod eum non recepis-  
sent . unde dicitur Turpius enatur quod non  
suscipit hospes Notandum quod peccatum  
istud scilicet recedens multa mala facit  
Primum est quod homo omnia bona sua que  
fecerat amittit quando recedat . unde  
de Ezech. xviii . Si auerterit se iustus  
a iusticia sua et fecerit iniquitatem om-  
nes iusticias quas fecerit non recorda-  
bor **E**cce . ix . Qui in uno peccat bona  
multa perdit **E**xemplum in heremita qui  
multis annis deo fuerat et in fine vi-  
te sue voluit latro fieri et captus . occi-  
sus est et damnatus est **S**ecundum quod pec-  
cator quando recedat et peccatum fa-  
cit deum iterato crucifigit **De** . vi . c .  
Rursus crucifigentes sibi metipsis fili-  
um dei et ostentum habentes **G**lo . **P**etrum  
fuit causa crucifixionis christi . et quo  
modo christum crucifigit . unde qui  
cum iterat peccatum quodammodo christum  
rursus crucifigit dum iterat causam sue  
crucifixionis . de talibus querit dominus  
per prophetam david dicens **S**uper dolores  
vulnerum meorum addiderunt **J**ob . xvi  
Concidit me vulnere super vulnere . unde  
hugo de sancto victore . l . in persona christi .  
dicit **O** christiane serua tibi salutem  
tristitia. sollicitudo. et huiusmodi. et exteriores in corpore. que sunt fames. labor. morbus. mors. et huiusmodi. **Si** vis ab his tribulationibus eripi. honora angelos et eripiet te. **Dic** semiplene sunt. scilicet exhortatio per patientiam. per quam miseriae huius mundi suaviter tolleras. **Et** in morte plene. scilicet ab omni miseria liberando. ita ut nunquam amplius sustineas. **Hoc** erit quando in extremis angelus ad te veniet. et ad celestem gloriam perducet. **Tunc** vere poteris dicere. **Nunc** scio vere quod misit dominus angelum suum et liberauit me de manu herodis. id est dyaboli. et de omni expectatione plebis iudeorum. id est malorum hominum qui expectabant diem ut me tribularent. **Quinto** dico quod nos sumus a deo elongati. ipsi deo propinquius. ideo nos ad celum ducit ut deo proficiamus. **De** elongatione nostra dicit propheta. **Ecce** elongaui fugiens. et mansi in solitudine. **Tunc** homo elongauit se a domino quia pro peccatum a deo recessit. **Tunc** vero in solitudine mansit. quando ad miseriae huius mundi deiectus fuit. et sic deiectus est a celo. elongatus est a deo. et peregrinus factus est in hoc mundo. **Angeli** vero sunt coram deo. **Thobie. xij.** **Dixit** angelus. **Ego** sum raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante dominum. **Per** septem accipe omnes. quia septenarius numerus significat vniuersitatem. propter hoc quod omne tempus per septem dies decurrit. **Isti** ergo angeli astant deo tanquam propinquius. et ideo possunt nos qui elongati sumus ab eo ad celum perducere. **Unde** officium angelorum est animas ad celum ducere. **Sicut** habetur **Luce** sextodecimo capitulo. **Factum** est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinu Abrahæ. **Cogita** o homo si tu poteris estimare quam leticiam habebit anima quam egredietur de corpore.

et a sanctis angelis assumit. et cum  
ymnis et caritas ad celum perducatur  
Si ergo serueris deo et angelos eius  
honoraueris: ipsi ad te in extremis  
remittent et ad celum perducunt. **C**onsulo  
tibi ut honores angelos: et precipue  
Michaellem quem constituit dominus  
principem super omnes animas suscipien-  
das. sicut canit ecclesia. **A**udi pec-  
catorem qui deo non seruit. nec angelos  
honoras: quid euemiet tibi. **I**n extre-  
mis boni angeli te deserent: mali te su-  
scipiant et ad infernum perducunt. unde  
da scriptum in gestis angelorum de quo  
dam iuuenere qui cum infirmaret ve-  
nit ad eum rex. et monuit ut confite-  
retur. **R**equire dominica sexta in ser-  
mone. **G**audium est angelis

**D**e sancto Iheronimo Ser. lxvii  
Dilectus deo et hominibus. **E**cce  
xl. **V**erbum istud congrue  
potest exponi de beato Iheronimo  
quem deus dilexit in vita sua. quod be-  
ne ostendit per multa signa dilectionis  
Primum signum dilectionis fuit. quod eum  
sicut pater dilectum filium suum corre-  
xit. **A**d hebreos. xij. **Q**uem deus dili-  
git castigat. flagellat enim omnem fi-  
lium quem recipit. **P**rouer. xij. **Q**ui  
parat virge odit filium. qui autem dili-  
git eum instanter erudit. **A**ug. **S**i ex-  
ceptus es a passione flagellorum: excep-  
tus es a numero filiorum. **Q**uod autem  
dominus correxit eum patet in eius legenda  
ubi sic legitur **B**eatus iheronimus eusebii  
viri nobilis filius cum adhuc esset pu-  
er romam adit. et litteris grecis. he-  
brayis. et latinis plene eruditus est.  
et in diuinis libris studebat die ac no-  
cte. **Q**uodam tempore cum libros se-  
culares et gentiles studere inciperet. et  
se a diuinis abstrahere. dominus eum corri-  
piuit hoc modo. **C**um tamen amorem ad  
libros phariseorum habet: quod littere propheta-  
rum et sacrarum scripturarum sibi nihil

saperet in quinquagesima ardenti febre in-  
firmari cepit. et raptus in spiritu visum  
est ei ut ante tribunal iudicis traher-  
etur. **I**nterrogatus autem cuius condi-  
tionis esset: respondit. christianus sum.  
**R**espondit iudex. **N**on es christianus: men-  
tiris. quia libros gentilium amas. ubi  
est thesaurus tuus: ibi est et cor tuum.  
**T**unc iudex iussit eum diuissime cedi.  
**A**t ipse clamare cepit. **M**iserere mei  
domine miserere mei. **Q**ui astabant pre-  
bant ut daret ei remissionem. **I**pse autem  
iurare cepit et dicere. domine si unquam ha-  
buero codices seculares: fac meum si-  
cut vis. **I**n hoc ergo verba iuramen-  
ti subito dimissus est. et subito reui-  
uiscit. et inuenit se totum lacrimis per-  
fusus. et plagas verberum reperit  
in cute. et extunc libros gentilium deposu-  
it et diuinis scripturis inherere. **S**ic  
per primum signum dilectionis quod eum pa-  
ter de suo errore correxit. **S**ecundum  
signum dilectionis est quod ei in hac vita  
tribulationes et persecutiones iniisit ut  
in futura vita sibi parceret. **A**poc. iij.  
**E**go quos amo arguo et castigo.  
**G**re. **N**isi deus correctis hereditatem  
dare disponeret. nequaquam erudire per  
molestias curaret. **I**deo hic quibus-  
dam parat ut in eternum feriat. **I**deo  
autem hic ferit non parcendo ut in eternum  
pareat. **A**ug. **H**ic vix hic seca ut in  
eternum parcas. **E**xemplum de diuitibus  
lazaro. **L**u. xvi. **I**deo ex caritate per-  
misit hic dominus beatum iheronimum tribu-  
lari et persecutiones pati ut sibi in ete-  
rnum parceret. **U**nde de eo legitur sic. **Q**uod  
iheronimus annorum. xxix. in romana ec-  
clesia cardinalis ordinatus est. **Q**uor-  
tuo autem papa liberio. iheronimus dignus su-  
mo sacerdotio proclamatus. **S**ed dum quorundam  
da clericorum lasciuia increparet. illi de  
nocte ipso nesciente vestem mulieris su-  
per lectum eius posuerunt. quam ipse in tene-  
bris arripens iduic suam estimans et ad-  
chorum processit. hoc autem ideo fecerunt ut

mulierē in lecto habuisse putare. **I**le autē eorū odium considerās abcessit et heremū intrauit. ubi ppter deum multa sustinuit. **S**acco indut⁹ erat exult⁹ a sole. tāq̄ ethiops difformis erat: humo iacebat. quotidie flebat et pot⁹ eius parcus erat. **C**ūq̄ ibi q̄ diēmū opleuisset: bethleē rediit. et iuxta p̄sepe dñi cellā faciens multos discipulos congregauit. multos libros scripsit. et .lv. ānis in labore scribendi dictādi. docēdi. vitā ducēs vsq̄ ad finē vite vgo pmāsit. **T**anta dem q̄ lassitudine fatigatus ē. vt i stratu suo iacēs: funiculo ad trabē suspēso se leuaret vt. s. officū monasterij p̄ ut poteat exhibēt. **Q**uadā vero die leo quidā claudicās monasterium i trauit. **E**t cū monachi fugerent. **H**eronim⁹ ei obuiā iuit. et leo sibi pedes lesū oñdit. et duocatis frīb⁹ dixit vt pedes eius abluerēt. **Q**d cū fecissent: i uenerūt eū diuersimode vulneratū. adhibitaq̄ cura cōualuit. et cū domitus esset cū eis habitauit. **T**ūc **H**eronim⁹ miūxit ei officū. vt asinū quez habebat qui lignū de nemore portabat custodiret. et ad pascua duceret et reduceret. **Q**uadā die dū pascēt asin⁹. leo obdormiuit. et mercatoēs trāsēutes asinū acceperūt. **C**uigilās autē leo. tristis ad monasteriū accessit. et p̄re verecūdia introire nō audebat. monachi putabāt q̄ asinū deuorasset. et nō dabāt ei abū sicut cōsueuerūt. sed dixerūt. **V**ade et reliquaz partē asini deuora. **T**unc officū asini miūxit leoni. **E**t ille ligna sibi iposita patiēter portabat. **Q**uadā die dum esset i agro vidit mercatores cū asino suo et multis camelis veniētes et asin⁹ precedebat. et oēs cameli p̄ longū funiculū copulati. eū. vt moris ē in illa regione seq̄bant. **T**ūc leo horribiliē rugiēs occurrit. et asinū suum caudā fortitē p̄cutiēs ad monasteriū

eum fugauit: sequentib⁹ omnib⁹ camelis. **C**ūq̄ leo ad claustrum venisset. cepit let⁹ discurrere. et se singlorum fratrum vestigijs p̄sternere et cauda sua alludere. **H**eronim⁹ autē mercatores benigne suscepit et remā postulantib⁹ dixit: vt sua susciperēt et aliena nō vsurparēt. **R**ogabāt ego beatū **H**eronimū: vt dimidietatem olei acceperet. quib⁹ tandē coactus assensit et accepit. **P**romiserūt etiā sibi et suis frīb⁹ singulis ānis oleū daturos et heredes eorū facturos.

**¶ De sancto Luca euangelista.**

**Sermo lxvij.**

**A**mis honorati sunt amici tui de⁹. **D**auīd vidēs gloriā magnam. quaz modo sancti acceperūt in celo admirās. verba ista dixit. **A**mis honorati sūt. **A**mici autē dei fuerūt apostoli et euāgeliste. de quorum numero fuit btūs **L**ucas euāgelista. q̄ omnia q̄ fecerūt ad volūtātē dei fecerūt. **S**ed videam⁹ qui sūt amici eius. **C**erte **S**alomō dicit **P**rouer. xij. **Q**ui diligit cordis mundiciā habebit amicū regē. **V**alde vtile ē h̄re amicū regem celestē. qui potest defendere homines et vitare. qz est potēs et largus. **N**ec mirum si diligit mundos ministros: cum legatur q̄ virgines ministrant ei et sequūtur eū quocunq̄ ierit. **H**omines etiam diligūt mundos ministros. **Q**ui em̄ dño suo tpali ministraret cū manu sordida. nō habēt p̄ bono. sic nec in celo dñs. **E**t qz btūs **L**ucas fuit mundus minister. de quo legiē q̄ nunq̄ vxorē habuit. sine crimine vixit vsq̄ ad mortem. ideo merito appellat eū amicū xp̄i. **I**n sacra autem scriptura legiē q̄ appellati sūt quatuor amici dei. per quos quatuor genera hominū significātur. **P**rimus fuit abrahā de q̄ legiē. **C**redidit dō abrahā. et reputatū est ei ad iusticiā et amicus dei appellat⁹ ē

Certe dictum est ei. **E**gredere de terra tua et de cognatione tua et veni in terram quam monstrauero tibi. quod ipse ad mandatum domini statim adimpleuit. **P**er abraham significat religiosi. qui egrediuntur de terra in qua nati sunt et de cognatione sua et intrant religionem. et tales sunt inimici dei. quia semper debent esse cum eo in domo sua. hos vocat amicos. **V**nde omnia mea tua sunt. quasi dicat. quia dimisistis patrem et matrem et omnia vestra. me habebitis et omnia mea. id est. regnum celorum. **I**ste abraham fuit obediens in immolatione filii sui. **S**ic religiosi sunt obediētes sicut patet. quia si mittuntur a superioribus suis mille miliaria oportet eos ire propter obediētiam quam promiserunt. **S**i igitur vis ut dominus sit amicus tuus tunc sis obediens prelati tuis et confessoribus tuis. et plebanis in bono. **A**lter amicus fuit moyses: de quo legitur quod loquens a se cum deo ut amicus cum suo amico. **P**er quem significantur doctores et predicatores sancti. tunc loquuntur cum deo quasi scripturas sacras exponunt. **D**e moyse dicitur quod eduxit populum de egipto sic ipsi ducunt populum per doctrinam de tenebris peccatorum in desertum penitentiae: ut post modum intraret in terram promissionis. id est. regnum celorum: et hoc per lucernam ubi dei. **V**nde quando homo intrat de nocte domum suam et habet lucernam: tunc videt omnia que in domo sunt. **S**ic etiam lucerna ubi dei quando intrat cor tanquam domum peccatoris: quod est tenebrosum per peccatum: vidit omnia que fecit quibus offendit suum creatorem. **T**ercius amicus fuit iohannes baptista de quo legitur quod adhuc existens iuuenis intrauit desertum: ut se etiam a peccato custodiret. **P**er hunc significantur peccatores qui intrant desertum. id est. penitentiam. **H**ec enim fuit prima predicatio iohannis baptiste. **P**enitentiam agite: appropinquabit enim vobis regnum celorum. **E**t non dicit appropinquabitis regno celorum: sed appropinquabit regnum. **Q**uia remotus est peccatoris:

quia ut dicitur si homo viveret septem millibus annorum: et septingentis. et quotiens die iret. xl. miliaria. non posset illuc venire. **S**ed quanto agit penitentiam. tunc valde prope est ei. quia in ictu oculi ibi erit si moritur peracta penitentia. **S**i ergo vis quod christus sit amicus tuus: age penitentiam pro tuis peccatis. **Q**uartus amicus fuit lazarus. **V**nde dixit christus. **L**azarus amicus noster dormit. unde iuit ad ipsum tanquam ad amicum: licet feteret. et suscitauit eum a mortuis. **P**er lazarus significat peccator. qui tunc moritur. quando o peccatum mortale committit. et fetet deo et angelis eius: plus quam aliquod cadaver. **V**nde cum quidam heremita transiret cum quodam angelo per quoddam desertum circa viam iacebat quoddam cadaver putridum et fetidum valde. **T**unc heremita fugit fetorem et obstruxit se angelo: autem processit. **P**ost hec occurrit eis iuuenis pulcherrimus. tunc angelus fugit eum. et obstruxit faciem suam ante eum. de quo heremita cepit admirari. **C**ui angelus. **I**ste iuuenis cui occurrit licet pulcher sit in corpore. tamen mortuus est in anima. et plus fetet deo et angelis quam aliquod cadaver mortuum. **I**n signum huius legitur quod ipse diligit peccatores penitentes. **L**egitur de ipso quod ipse semper erat cum peccatoribus cum ipsis manducans et bibens. **V**nde cum quodam vice argueret eum iudei: quod ipse cum peccatoribus manducaret et biberet. **R**espondit ihesus. **N**on veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. **E**t ideo quia eos dilexit: multa fuit passus pro eis. **A**d vltimum amaram sustinuit mortem. **E**t ideo si es peccator: noli desperare: quia habes fidelem amicum. scilicet. christum: qui dum te velis hic convertere ad eum in futuro tanquam amicum honorabit te. **E**t ideo dicit propheta. **R**emissis

honorati sunt et c. Et quod beatus Lucas fuit amicus christi: deo eum in presenti honorauit. et in futuro plus alijs honora- uit eum christus: quod fecit eum suum nuntium. Ipsum etiam cum alijs .lxxij. discipu- lis suis ad predicandum misit ante faci- em suam. Item honorauit eum spiritus sanctus: quod suus mundissimus thalamus fuit. Unde legitur quod obijt plenus spiritu sancto. Item honorauit eum mater dei quod fuit suus specialis capellanus cuius- da uirgo occultissima reuelauit de salu- tatione angelica. et de alijs multis p- tinentibus ad necessitatem filij ipsum edocuit. Item honorauerunt eum angeli quia ipsum tanquam amicum dei ad conui- uium celeste traxerunt. Ad quod nos p- ducat qui sine fine uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

De. xi. milibus uirginibus Ser. lxx

**Q**ue parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Math. xxv. Per nuptias istas intel- ligit regnum celorum ad quod nullus in- trare potest nisi sit paratus. Sciendum autem quod parati debemus esse ad multa. Pri- mo debemus esse parati ad seruendum deo. p. he. vii. Preparate corda ue- stra deo. et seruite illi soli. Debemus ergo parati esse ad dei seruitium p- mu- dicam cordis. Videmus enim quod rex ter- renus vel princeps non uult habere ser- uum vel ancillam immundam in seruitio suo. Multo magis rex celestis uult habere seruos mundos. Leui. xix. et xx. Sancti estote. i. mundi: sicut et ego sanctus. i. mundus sum. Psal. Ambu- lans in via immaculata hic mihi mi- nistrabit. Unde Ser. ad quandam uirginem. Ama mundiciam ob quam ama- beris a deo. Hanc mundiciam beata uir- gine uisula amauit: ut se prepararet ad ser- uendum soli deo. Unde de ea legitur sic. In britania erat quidam rex christi- anus nomine Daurus habens filiam

nomine Uisula. que adeo pulchra erat sapiens et honesta. quod fama eius per totum mundum resonabat. Rex au- tem Anglie ad huc gentilis: misit nu- tios ad patrem ut eam filio suo in con- iugem copularet. Quo audito pater- turbatur quod gentili filiam suam trade- re deberet. et si sibi eam negaret: ini- micias contra eum prouocaret. Mi- sit autem dominus in mentem uirgi- nis quod patri suo diceret quod ei consen- sum preberet. tali conditione. quod ip- se rex Anglie mitteret sibi decem uir- gines electissimas de regno suo. et cuilibet uirgini mille uirgines associa- ret. ita quod ipsamet undecima esset. et quilibet earum in comitatu suo mil- le uirgines haberet. et sic in uniuersa fierent undecim milia. et quod filium suum faceret baptisari. et tribus an- nis in fide instruere. et postea eam du- ceret. Quo audito iuuenis letus effi- citur et baptisatur. Congregatur utriusque uirgines et ad uisulam ducunt. pater uero assignauit eis uiros discre- tos et honestos qui eas custodiebant et necessaria ministrabant. Cumque tot uirgines congregate essent et fama per totum mundum uolaret. undique uiri et mulieres. clerici et layci ad tam grande miraculum concurrunt. mul- ti episcopi et prelati adueniunt. et pantulus episcopus basilienensis affuit. et sancta Gerasina regina cecilie cum quatuor filiabus et uno filio. relicto regno suo eis est coniuncta. Uisula autem omnes uirgines ad fidem con- uertit. Preparata autem copia et multitudinem nauium vento prospere flante sub unius noctis spacio ad portum gallie qui sciuela dicitur. et inde Colomiam perueniunt. et ibi apparuit uisule angelus domini dicens. quod debet ire Romam et omnes ple- no numero rediret. et ibi coronam mas- tich reciperet. Iam igitur Romam rediens

ad urbē basilēam applicuerūt. et ibi relictis nauib⁹ romam pedestres per uenerūt. Ad quarum aduentum cyriacus papa valde gauisus. cum ipse de britania natus esset: et multas cō sanguineas inter eas haberet. ipsas cum magno honore et cū toto clero suscepit. In ipsa ēgo nocte reuelatū est papę qd ipse cum uirginib⁹ palmā martirię esset acceptur⁹. Ipse autem hoc apud se celans corā cardinalib⁹ dignitatem et officium resignauit. Sed cum omnes stradicerent et maxime cardinales et fatuū iudicarent qd post fatuas mulierculas ire uellet nullaten⁹ adquireūt: et quendam uirum sanctum qui ametus dictus est loco sui in pontificē ordinauit. Et qz sedem apostolicam inuito clero reliquit. nomen suū de cathalogo pontificum deleuerunt. Duo autem principes romanorum. scz maximus et african⁹ uidentes multitudinez que eas sequebat. timētes ne nimis fides xpiana cresceret. miserūt nūcium ad iulium principem: ut ipse congregato exercitu cum ueniret colomiam: eas traudaret. Beat⁹ autem cyriac⁹ papa et uincenti⁹ cardinalis. et iacob⁹ episcop⁹ anthiocenk. et multi alij epī urbem romanam cum uirginib⁹ sūt egressi. Ethereus autem sponsus uersule manēs in britania per uisionem angelicam admonē: ut matrem suam hortaret fieri xpianā. Nam pater eius in pmo anno quo xpian⁹ fact⁹ fuerat. mortu⁹ est et ethere⁹ eidem i regno successit. Cum ergo pōictē uirgines a roma rediret Ethere⁹ a dño admonē: ut protin⁹ surgēs sponse sue occurrat ut ibi cum ea coronam martirię suscipiat. Ipse mox fecit baptisari matrem suam: et cum ipsa et sorore sua florentia. et epō clemēte uictis uirginib⁹ est adiunct⁹. Marthulus quoqz episcop⁹ grece et neptis

sua cōstantia filia regis cōstātino politam amonit. uirginib⁹ sūt adiuncti. Oēs igiē pōictē uirgines cū pōictis episcopis coloniā receūt. q̄s barbari uidentes sup eas irruerūt et oēs occiderūt. Cū autē ad beatā uersulā ceteris uirginib⁹ occasis remissent: uidēs princeps pulchritudine ei⁹ nimia: obstupuit. et cōsolans eā sup necē uirginū. et p̄misit sibi: si fidē rēnueret: uellet eā i uxore ducere. Sed cū illa p̄mit⁹ respuisset: ipse cōtempitū se uidens directa sagitta eā trāffixit. Quedā autē uirgo noie cordula: timore p̄terita in nauī nocte illa se abscondit: sed in crastinum spōte se mortū offerēs martirię coronā suscepit. Sed cū ei⁹ festū nō fieret. eo qd cū alijs passa nō esset. Ipsa post longū tempus euadā reclusa apparuit. precipiēs ut post festum undecim milium uirginū sequenti die festū eius recolat. P̄isse sūt autē anno dñi. CC. xxxvii. Exemplū Religiosus quidam cū has uirgines in deuotione multa habet. qdā die dū grauit infirmaret. uidit quandā uirginē pulcherrimā sibi apparentē. et si eā recognosceret inquirentem. Qui dū ad eius uisionē miraret. et se neqz qd ipsam agnosceret fateret. Illa ait Ego sū una uirginū erga q̄s habes tantā dilectionem et dilectionis affectum: ut inde mercedem accipias. Si amore et honore nostri undecies milies orationē dominicā dixeris. i hora mortis in protectionē et solaciū nos habebis. qua disparētē ille qd cit⁹ potuit hoc impleuit. Statimqz uocato abbate fecit se iungi. q̄ cū iungētur subito exclamauit: ut fugerēt et uementib⁹ sacris uirginib⁹ locū daret. Quē cū abbas qd hoc esset interrogaret. et ille promissionem uirginis p̄ ordinem enarrasset recedentibus amictis et paulopost recedentibus ipsum migrasse ad dñm inuenerūt. Roge.

In festo Symonis et Iude.

Sermo .lxx.

**O**casionem gladii mortui sunt. **Deb.** xi. Nota quod multiplex est gladius. Pri-  
mus est gladius euangelice predica-  
tionis **Eph.** vi. Sumite gladium spi-  
ritus .i. verbum dei. Gladium istum  
emissit dominus apostolis . prophetis . et  
predicatoribus. **Isa.** xlix. Posuit os  
meum dominus tanquam gladium acutum  
et valde acutus est gladius iste quod  
scindit peccata ab anima. **Eze.** v. Fi-  
li hominis assume tibi gladium acutum  
et radentem pilos .i. peccata. Per pi-  
los enim peccata et criminose cogita-  
tiones intelliguntur. sicut dicit glosa  
super illo verbo. Omnes capilli capi-  
tis vestri numerati sunt .i. omnes cogi-  
tationes . et desideria intellectus vestri  
Hec omnia enim abradet ab anima  
vestra gladius verba dei. quod aliquan-  
do peccator vadit ad ecclesiam cum  
centum vel mille peccatis mortalibus  
et audito verbo dei concipit contritio-  
nem et ab omnibus absoluit. **Ite** adeo  
acutus est gladius verbi dei quod secat  
hominem a seipso .i. spiritum a carne.  
**Debreo.** n. Sermo dei est efficacior  
et penetrabilior omni gladio acutissi-  
mo . et pertingens usque ad diuisionem  
anime .i. animalitatis et spiritus . quod per  
verbum dei diuidit animalitatem sicut  
carnalitas a spiritu . ita quod homo qui fuit  
carnem viuere consueuerat relicta et  
abiecta carnalitate : spiritualiter viuere  
incipit. **Adeo** acutus est gladius iste  
quod diuidit filium a patre . et filium a  
matre. **Vnde** dominus ait. **Matth.** x.  
**Non** veni mittere pacem sed gladium  
veni enim separare homines aduersus  
matrem suam . quod dicitur. **Affectus** carnis  
qui est inter filium et patrem . et filiam  
et matrem . aliquando trahit hominem  
a deo et minuit caritatem. **Illum** affe-  
ctum inordinatum volo amputare per  
gladium . s. per verbum dei. **Quia** aliquis

homo audito verbo dei accendit in ca-  
ritate dei . adeo quod obliuiscit illius af-  
fectus quem habuit ad parentes et in-  
trat religionem . quod ergo dicit . non ve-  
ni mittere pacem sed gladium : intel-  
ligendum est de tali affectu qui homi-  
nem penitus trahit a deo : vel facit . ut  
ei minus seruiatur. **Vnde** dicit glosa .  
**Non** ad hoc veni ut in homines car-  
nales affectus confirmem : sed spirituali  
gladio discitem . **Et** licet iste gladi-  
us sit valde acutus : tamen aliqui sunt  
ita indurati quod gladius iste non potest  
corda eorum vulnerare. **Hebr.** v. In-  
durauerunt cor suum supra petram. **Mo-  
yses** percussit petram bis cum virga  
et fluxerunt aque . et isti cum gladio  
dei percussunt multoties . et tamen  
non egreditur aqua compunctionis .  
Gladium istum quidam portant super  
dorsum : sicut rustici . et sunt illi qui au-  
dito verbo dei statim renouant istud post-  
tergum . et obliuiscuntur que audierunt.  
**Psal.** Proiecasti post tergum tuum ser-  
mones eius . **Quidam** habent hunc  
gladium inuolutum . et inclusum sicut  
legitur de abimelech sacerdote qui  
habuit gladium golie in uolutum in  
domo sua . **Qui** sunt illi qui habent ver-  
bum dei in scientia . et sciunt predica-  
re et nolunt et abscondunt scientiam. **Qui-**  
**dam** autem habent gladium istum  
in ore . sicut incantatores qui accipi-  
unt gladium in os et ludunt cum eo  
scilicet qui alius verbum dei predicant  
et ipsimet non operantur. **Psal.** Gla-  
dium in labiis eorum quis audiuit .  
**Quidam** habent gladium in manu  
accinctum super femur . sicut milites  
ad pugnandum properantes. **Illi** sunt  
predicatores qui hoc ipsum faciunt  
quod alius predicant. **Cantico.** n. .  
**Lectulum** salomonis septuaginta for-  
tes vici ambiunt : omnes tenentes gla-  
dios . et ad bella doctissimi unusquisque  
ensem super femur suum. **Lectulum** regis

NB

salomonis est ecclesia in qua verus salomon. i. christus requiescit. Istum ambiunt septuaginta fortes viri. i. predicatorum qui septuaginta dicuntur. quia septem opera misericordie docent. septem sacramenta ministrant. et a septem peccatis mortalibus absoluunt. et septem horis canonicas deum laudant. Gladius istum viriliter et utiliter provocaverunt isti duo apostoli. scilicet Symon et Judas. Sicut patet in eorum legenda. Secundus gladius est proprie vindicationis. Istud figuratum est per gladium sancti petri volentis se vindicare. Cui dominus dixit Mat. xxvi. Mitte gladium tuum in locum suum. quod dicitur. Cesset vindicta. exhibeas patientiam. ut patientiam nos doceat et non vindictam. Omnes enim qui gladium accipiunt. gladio peribunt. i. qui gladium accipiunt et vindictam exercent propria auctoritate. peribunt gladio. scilicet de quo dicitur Apoc. xix. Ab ore eius procedet gladius ab utraque parte acutus. i. sententia ultima quando dicitur eis. Ite maledicti in ignem eternum. Iher. ix. Mittam post eos gladium donec consumantur. Qui seipsum vindicare voluit gladio occiditur. quia nulli tantum nocet sicut illi qui odium in corde ponit. Istud figuratum est per Saul qui seipso gladio interfecit. Tercius est gladius persecutionis quo mali persecuntur christifideles. Et est gladius iste de quo dicitur in verbo apposito. In occasione gladii et cetera. Gladius iste ostensus est iohanni. Apo. vi. Exiit alius equus rufus et qui sedebat super illum. est ei datum ut faceret pacem de terra. et ut homines seipsum interficerent. et datus est ei gladius magnus. Per visionem illam ostendit dominus iohanni persecutionem quam apostoli martires. et homines christiani passuri essent a malis propter christum. Gladius iste est primo datus neroni. dyacletriano. decio. et sic

de alijs. qui primo sequebantur christifideles. Inde datus est paganis et barbaris. et alijs tyrannis. qui christifideles sequebantur. Contra hunc gladium debemus ponere crucem pro scuto. passionem christi et persecuciones quas passus est. ob amorem eius cogitando. Tre non. in. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Gre. Omnem laborem superuacuum et onerosum reputabit. qui filium dei pro se crucifixum videbit. Gladium istum patienter sustinuerunt isti duo apostoli Symon et Judas. et in exemplo christi roborati. Unde ait dominus Ioh. xv. Si mundus vos odit. scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et iterum si me persecuti sunt. et vos persequentur. Et si sermonem vestrum servaverint. et meum servaverint. sed hec omnia facient vobis propter nomen meum. Unde dicit propter nomen meum. Cum enim nomen christi predicaretur. iudei eos persequerentur et occiderent. sicut patet in eorum legenda. Et sic patet de tribus gladiis. Primus est verbum dei quod isti apostoli predicaverunt et contra inimicos christiane fidei viriliter dimicaverunt. sicut patet in duobus magis quos confundunt. et in multis alijs quos ad fidem christi converterunt. Secundus gladius est proprie vindicationis quem isti duo habuerunt. Quod patet in hoc cum angelus dei eis proposuisset et eligeret. aut inimicorum suorum repentinum interitum. aut proprium martirium. sicut patet in sermone. Et elegerunt potius mori quam inimicorum interitum. Tercius est gladius persecutionis quo ipsi interfecuti sunt. Rogemus igitur dominum et cetera.

De eodem Ser. lxxi.

**S** vos odit mundus. scitote quoniam me priorem vobis odio habuit. Ioh. xv. Item et si me persecuti sunt et vos persequuntur. Hoc ait dominus appropinquante hora passionis sue. In istis verbis

munit dñs q̄ mali semp p̄sequūtur  
 bonos. hoc em̄ fuit ab inicio mūdi.  
**D**yaabolus em̄ odiuit & decepit hoīez  
**C**ayn odio habuit abel. & occidit eū  
 cui⁹ odij plures sūt rationes. **P**rima  
 q̄ boni vitaz maloz detestant̄ & rep̄  
 hendūt. **Jo. vii.** **O**e aut̄ odit mūd⁹  
 q̄ testimoniu phibeo de illor q̄ opa  
 eius mala sūt. **A**mos. v. **O**dio habu  
 erūt corripientē. & p̄fecte loquentē  
 atominati sūt. **E**gra mēs nō sustinet  
 p̄dicationē. **Vñ de Achab rex isrl de  
 michea. in. Re. xxii.** **E**go odi eū. q̄  
 p̄phetauerat mihi mala. **A**ug⁹. **O**cu  
 lis egris odiosa ē lux. **Vñ dicūt mali  
 Sap. ij.** **G**rauis ē nobis etiā adviden  
 dū: q̄ dissimil̄ est alijs vita nr̄a **Jo.  
 in.** **Q**ui male agit odit lucez. **B**oni  
 sūt lux q̄ lucent p̄ bona exēpla. **S**z hoc  
 non p̄nt vidē mali: q̄ odiūt eos. **p̄.  
 Re. xviii.** **F**act⁹ ē saul inimic⁹ dauid  
 et nō rectis ocul̄ ispiciebat dauid cū  
 ctis dieb⁹. q̄ lup⁹ & agn⁹ nō cōueni  
 unt. **Ecci. xii.** **S**icut lup⁹ dicat cū ag  
 no sic pctōr cū iusto. **P**ropter hāc ra  
 tionem isti duo apl̄i **S**ymō & **J**udas  
 odiū & p̄secutiōes sustinuerūt ab emu  
 lis suis: q̄ vita illoz dissimil̄ erat il  
 lis. **L**egit em̄ q̄ cū simō & iudas p̄di  
 cādo duas p̄uincias arcū ambularet  
 sez mesopotamiā & pontū & simō egi  
 ptū. **D**einde abo in perliōe venerūt &  
 ibi duas magos. **S.** zaroes & arphax  
 at inuenerūt. **T**unc waradach dux  
 babilonie otea iudas ad pl̄iū iturus  
 a dñs suis nullū potuit h̄re responsū  
**P**ergētes igit̄ ad fanū p̄ime ciuita  
 tis responsū ē eis q̄ p̄pter ap̄los q̄ il  
 luc venerūt: dñ r̄isū dare nō possent  
**T**ūc dux eos inquiri fecit. & inuētos  
 quinā essent. & vñ & q̄re remissent re  
 quisit. **Q**ui responderūt. **S**erui su  
 mus **I**hu xp̄i. & venim⁹ hic cā vestre  
 salutis. **D**ux respōdit. **D**ū felix reuer  
 sus fuero a pl̄io audiā vos. **C**ui apl̄i  
**R**ūc magis aut̄ cōgruū est te cogno

scere illū: cui⁹ op̄e possis vincē. **Q**ui  
 respōdit. **D**ñs nostris potētiores vos  
 video: p̄dicite ergo mihi finem belli.  
**C**ui apl̄i. **V**t deos tuos mēdaces eē  
 cognoscas. volum⁹ vt ipsi sup̄ hoc re  
 spondeāt. **T**ūc dñ respōderūt. **M**ag  
 nū preliū & futurū & multū pl̄m ex  
 vtraq̄ pte moritur⁹. **T**ūc apl̄i ridē  
 ceperūt **D**icit eis dux. **N**e timor inua  
 sit & vos rideatis. **C**ui apl̄i. **N**oli timē  
 q̄ ita nō erit. **S**ed cras hora diei ter  
 cia venient nūch de iuda ad te. & tue  
 se potestati cū pace subiaet. **T**ūc p̄  
 tifices etiā risū fecerūt & dua dixerūt  
**A**d hoc isti securū te reddere volūt.  
 vt dum incaut⁹ fueris: ab aduersa  
 r̄is occuperis **C**ui apostoli. **N**on dixi  
 mus tibi expecta vñū mensem: s̄ vñū  
 diē. & cras i pace victor existes **T**ūc  
 fecit eos dux cū magis & pontificib⁹  
 custodiri. vt veritatē p̄baret **I**n cra  
 stinū venerūt nūch pacē p̄fētes. vt  
 apostoli dixerūt. **T**ūc irat⁹ dux volu  
 it magos cū pontificib⁹ occidere: sed  
 apostoli nō permiserūt. **T**unc duxit  
 eos dux ad regez dominū suū dicēs  
**O** rexisti sunt dñ latentes in forma  
 hominū **M**agi autē veniētes dixerūt  
 eos malignos esse. & cōtra regnum  
 subtiliter cogitare. **D**ixit eis dux. si  
 audetis. cū eis cōfligite. **D**icūt & ma  
 gi. **S**i vis videre potestātē nostram:  
 adduc viros sapiētissimos. & nos fa  
 ciem⁹ eos nō valētes loqui. **C**ūq̄ ad  
 ducti essent viri sapiētissimi. magi  
 p̄r artem magicam fecerūt eos mu  
 tos: & postea restituerunt eis loque  
 lam. **D**einde fecerūt eos aridos & im  
 mobiles. & iterum restituerunt eis  
 gressum. **D**einde fecerūt eos cecōs.  
 et dixerūt ad regem. **E**cce nunc pa  
 tet q̄ dñ sumus. **T**unc dux illos con  
 fusos duxit ad apostolos. **Q**ui cum  
 apostolos pannosos vidissent: eos i  
 animo contempserūt. **Q**uib⁹ simon  
**S**ep̄ euenit: vt intra scrimia aurea

et gemata. vilia habeant inclusa. et inter vilissimas et ligneas captas sunt gemarum monilia preciosa opposita. Qui cum ergo alicui rei cupit esse possessor. non magnopere gestatorum. sed ipsum quod gesta expectat. Promittite ergo vos ab ydolorum cultura desiste. et solum deum invisibile adorare. et nos signum crucis in frontibus vestris faciemus ut magos confutare poteritis. Quod cum fecissent in frontibus consignati essent: ad regem iterum coram magis viriliter resisterunt. Tunc irati magi fecerunt remire multitudinem serpentum. statimque ad iussum regis venientes apostoli pallia sua de serpentibus impleverunt. et in magos piecerunt. Et cum serpentes carne eorum comederent. et ipsi ut lupi ulularerent: rogavit rex et alii qui aderant apostolos: ut permitteret eos a serpentibus occidi. Qui responderunt. Non sumus missi occidere: sed vivificare. Et preceperunt serpentibus quod omne venenum quod infuderat illis retraherent. et ad loca sua rediret. Et maiores cruciatus senserunt magi cum serpentes venenum retraherent. quam antea cum carnes comederent. Cum ergo tribus diebus sine potu. alio ac somno doloribus nimium cruciati fuissent: apostoli ad eos venientes dixerunt. Surgite sani et habebitis liberam voluntatem: faciendi quicquid vultis. Non enim vult deus coacta fuerat. Illi autem in duricia perseverantes. contra eos commoverunt totam babiloniam. Venientes autem ad civitatem ad Zenam: ubi erat septuaginta ydolorum pontifices. hos contra apostolos contraxerunt. Cum autem per totam provinciam apostoli ambulassent: venerunt ad predictam civitatem. Pontifices autem eos ceperunt. et ad templum solis perduxerunt. Demones autem clamare ceperunt. Quid nobis et vobis apostoli dei vivi. Ecce in ingressu vestro flammis exurimur. Angeli autem domini apparuit

apostolis dicentes. Unum de duobus eligite. Aut horum pontificum repentinum interitum: aut vestrum martirium. Illi autem elegerunt magis mori quam quod illi periret morte repentina. Facto autem tamen silentio apostoli dixerunt. Ut sciat quod hec ydola demombus plena sunt ecce eis imperamus ut exeant et ydola confringant. Statimque duo ethiopes nigri et nudi de simulachris exierunt. et confractis ydolis cum maximo ululatu recesserunt. Quod videntes pontifices in apostolos irruerunt. et eos peritus occiderunt. Et statim facta sunt tonitrua et templum scissum est. et illi duo magi ictu fulminis in carbones sunt conversi. Rex autem apostolorum corpora honorifice sepeliit. et eis ecclesiam fabricavit. Sic per quomodo mali persecuntur bonos: quia vita eorum dissimilis est eis. Secunda ratio quare mali persecuntur bonos est: quia mundum fugiunt. et deo serviunt. **Thimo. in.** Qui pie et religiose volunt vivere. persecutionem patienter ergo ait dominus in verbo proposito. Si de mundo estis quod suum est. diligitis. Sed quia vos de mundo non estis sed ego vos elegi de mundo. propterea odit vos mundus. De sancto iuda qui est thadeus legitur in historia scolastica sic. Abagar rex indice christi epistola talem misit. Abagar eucharie filius salvatori beato qui apparuit in locis iherosolomitana. Salute. Auditum mihi est de te et sanctorum quas facis. quod sine meditantibus aut herbis fiant ista per te et quod verbo facis cecos videlicet claudos ambulare. mortuos reviviscere. quibus omnibus auditis de te. statui in animo meo unum esse e duobus. aut quod sis deus et descenderis de celo: ut hec facias. Aut quod filius dei sis. quod hec facis: propterea sic scribes: rogo te ut digneris fatigari usque ad me. et ab egritudine quamdiu laboravi me curare. Nam et illud cooperi quod in

dei muerunt aduersus te: veni ego ad me. qz est mihi parua ciuitas et honesta: que vtriusq; sufficet. **Domini** autem i hec verba sibi respōdit. **Pe**atus es: qz credidisti in me: cum ipse nō videris me. **Scriptum** est enim de me. qz hi qui me nō vident credent et hi qui me vidēt nō credēt. **De** eo autem q̄ scripsisti ad me vt veniam ad te: scias q̄ oportet me hec omnia adimplere ad que missus sum. et postea recepisti a quo missus sum. **Cū** autem assumpt9 fuero: aliquem d̄ discipulis meis mittaz ad te: qui curet et viuificet te. **Vidēs** autem abagarus q̄ xpm̄ presentialiter videre nō poterat: pictorē quendam ad eum misit: vt ei imaginez suam figuraret. **Qui** cum ad eum venisset pp̄t̄ nimū splēdore de ipsi9 facie p̄cedentē: in ipsum respicere clare non valebat. **Quō** videns domin9 lineum pannū a pictorē recepit. et faciei sue imponēs sumpt9 imaginem eidem impressit. et regi destinauit. **Predicta** autē epistola domini tāte v̄tutis extitit: vt in illa ciuitate nullus heretic9 vel pagan9 viuere potuit: nec tyrānus ei nocere. **Nā** si aliquādo aliqua gēs extra ciuitatē illā surrexit. infans supra portā stās epistolā illam legit. et eadem die hostes. a territi fugerūt. aut pacem fecerūt. **Hoc** quondā verum fuit. sed postmodum ciuitas illa est destructa p̄pter inhabitantium peccata. **Post** ascensionē ergo domini diuisis apostolis: missus est thade9 ad abagarū regē sicut domin9 ei pmiserat. **Qui** cum venisset ad eum et discipulū xpi se dixisset sibi pmissum. vidit Abagarus quendam m̄trem et diuinū splēndorem. et adorauit eum dicēs. Vere discipulus es xpi ihesu filij dei viui. q̄ mihi pmiserat. mittam tibi aliquem de discipulis meis qui te curet. et vitam prestat tibi. **Cui** thadeus. Si in

xpm̄ credideris. omnia cordis tui desideria obtinebis. **Cui** ille. **Credo** vere. et iudeos qui crucifixerunt eum libenter trucidarem si possem. **Cū** ergo abagar9 leprosus esset. thadeus epistolaz saluatoris xpi ihesu accepit et cum ea faciem eius fricauit. et statim sanatus est. **Cum** autem thadeus ibi populum cōuertisset: ibat in mesopotamiam. et tandem venit ad Symonem. et cum eo in persidem prope rauit. **Quid** autem ibi peregerunt. **Require** supra in sermone pre cōdēti Rogemus.

**De omnib9 sanctis Ser. lxxij.**  
**S**apientia edificauit sibi domum. et exadit columnas septem. **Prouer. ix.** Quis melius potuit scribere q̄ ille qui fuit q̄ si fili9 sapiētissim9 hominū. s. salomō **Hoc** qd̄ premissum est verbū sapiētissim9 hominis salomonis q̄ spū dei p̄ docet preuidet et demonstrat qualiter deus sanctam ecclesiam in terris esse edificatur9. **v. Sapientia. i. diuinalscientia.** **De** qua d̄ **Eccl. xxij.** Ego sapientia in altissimis habito. **Edificauit** sibi. i. beneplacito suo. domum. i. sanctam ecclesiam exadit columnas septem. **Prima** columna est xps ihesus fili9 dei viui. et eius mater v̄go **Maria.** **Secūda.** angeli et reliqui nouem ordines angelorum. et supernorum ciuium. **Tercia** patriarche et p̄phete. **Quarta** apostoli et euangeliste. **Quinta** martires. **Sexta** confessores. **Septima** virgines. **Et** de hys septem columnis edificatur ecclesia. **vñ Psal.** **Iherusalem** que edificat vt ciuitas cuius participatio eius ī ipsum **Du**ic vero cōcordat qd̄ domin9 in euangelio hodierno ait. ponens octo beatitudines: sed qz vltima habet cum prima eandēz rēmunerationem: ideo vltima cum prima pro eadem potest reputari. **Ad** vtramq; tamen dicē.  
 hh ij

Quoniam ipsorum est regnum celorum. **H**ec beatitudo conuenit primo christo et matri sue sicut dictum est: quorum paupertas magna fuit quod patet ex eo quod christus dicit. **V**ulpes foueas habent. et volucres celi muros et cetera. **E**cce paupertas christi. **P**auertas beate virginis satis apparet ex eo quod se humile ancillam appellauit et quod sacrificium diuitum in purificatione non obtulit: sed pauperum. **Q**uius beatitudinis merces ostenditur. cum dicitur. **Q**uoniam ipsorum est regnum celorum. et matris sue et cui ferre potest. **R**estat ergo quod qui vult celestis regni participare fieri. eorum auxilio ad regnum celorum perueniat. **E**t hec est prima columna in sancta ecclesia. **S**ecunda est conueniens secunde columnne. cui dicitur. **B**eati mites. **H**ec conuenit celestibus spiritibus qui malis angelis apostantibus et in lite contra deum manentibus: sine lite et mitibus perseverantibus. et ideo accepti sunt mercedem que eis ascribitur. **Q**uoniam ipsi possidebant terram superuevium id est vitam eternam. quam alij abiecti in infernum perdidit. et hec est secunda columna. **T**ercia beatitudo conueniens est terge columnne que est. **B**eati qui lugent. **H**ec conuenit patriarchis et prophetis: quia lugebant quod differebat aduentum domini saluatoris. et ideo merces eorum est consolatio. **Q**uia christus venit. et inferno fracto eos redemit. ipsi consolati sunt. et hec columna domus illius tercia appellatur. de qua fecit domum a principio. scilicet sancte ecclesie. **Q**uarta beatitudo conueniens est quarte columnne que est. **B**eati qui esuriunt ad iustitiam non solum carnale cibum vel potum: sed salutem omnium quorum merces est saturitas. **Q**uia omnibus in christo credentibus ipsi saturati sunt. **I**n omnem terram exiuit sonus eorum. **H**ec est columna quarta sancte ecclesie. **Q**uinta beatitudo est conueniens quinte columnne que est. **E**t in mundo corde: quorum cor fide mundo datum

est. et aqua sanguinis perfusum factum est omnino mundum. **H**is datur pro mercede visio christi sicut legitur de beato stephano qui ait. **V**ideo celos apertos. et iherosolimam stantem a dextris virtutis dei. et hec est quinta columna sancte ecclesie. **S**exta beatitudo est conueniens sexte columnne que est. **B**eati misericordes. **E**t conuenit confessoribus qui per opera misericordie: vitam eternam meruerunt quibus dicitur est dominus. **V**enite benedicti in regnum et cetera. **I**psorum merces est quoniam ipsi misericordiam consequentur. per quam in regnum celorum vocabuntur. et hec est sexta columna. **V**ltima beatitudo conueniens est vltime columnne que est. **B**eati pacifici. **H**ec sunt virgines que pacem habuerunt in mundo non loquentes cum carne propria que eis repugnavit per luxuriam. et ideo hanc mercedem recipiunt quod filij dei vocabuntur. **H**ec est vltima columna quam a principio seculi cepit edificare: nec ad finem mundi consummabit. **I**mploremus ergo primam columnnam: que est christus et mater sua. ut regnum celorum quod ipsorum est relinquant nobis impartiri. **R**ogemus angelos. patriarchas. et prophetas. apostolos. euangelistas. martires. confessores. et virgines. ut ipsis intercedentibus in illa die domum pretere mereamur: quam sapientia edificavit. ubi dominus est domesticus ubi est requies eterna. lux perpetua. quod intercedentibus omnibus sanctis ihesus christus filius dei viui nobis prestare dignetur. **A**men.

**De eodem Sermo. lxxij.**

**U**idens ihesus turbas ascendit in montem. **Mat. v.** **I**n euangelio hodierno nos docet dominus octo beatitudines: que debet homo habere qui ad eternam vitam vult peruenire. **I**sti sunt figurati per octo gradus quos vidit ezechiel

per quos ascēdebat in templū. **Exe.**  
**xl.** Prima ē paupertas spūs .i. humili-  
 tas qui se pauperes et viles reputāt  
 quibus terrenam substantiam habeāt.  
 Sic pauper fuit **Job** **Dauid**. et multi  
 alij: qui licet multa bona temporalia  
 haberent. minime tamen ea amaue-  
 rūt: nec in eis superbieerūt: sed spiri-  
 tu humiles et pauperes fuerūt. **Vel**  
 paupertas spūs est voluntaria pauper-  
 tas: qui propter deū volūtarie omnia  
 reliquerūt. **De quibus dicit Mat. xix.** **Q**ui  
 qui reliquit domū. agros. patrem vel  
 matrem. sorores vel fratres. aut ux-  
 orem. aut liberos propter nomen meū. cen-  
 tuplū accipiet. et vitam eternā possi-  
 debit. **Secūda** beatitudo ē mititas.  
**Beati** mites: quoniam ipsi possidebūt ter-  
 ram **Mites** secundum glossam sūt qui cedūt  
 a malo. et viuūt in bono. malūque rā-  
 corem et iram non admittūt: sed oīa  
 equaliter tollerant sicut **Job**. et alij  
 sancti. **Hęc** virtutem docuit ille ma-  
 gnus magister dominū noster **Mat.**  
**xi.** Discite a me quia mitis sum et humi-  
 lis corde. **De qua dicit Eccl. xij.** **B**tūs  
 vir qui nō est lapsus in vō oris sui.  
 et nō stimulat⁹ est in tristitia. **Glo.**  
**Qui** verbum cōtentionis nō habet i-  
 ore: nec tristitiam rancoris in corde.  
 hic mitis est et possidebit vitam eternā  
**Tercia** beatitudo ē luctus pro peccatis.  
**De qua legitur Beati** qui lugēt. quoniam ipsi cō-  
 solabūtur. **Luct⁹** intelligit hic qui sit  
 propter peccatā. et non propter tēporale dā-  
 num: nec pro morte amicorū. **Ihero.**  
**Qui** peccatōr ē peccatā sua defleat. et amō  
 peccare caueat. **Greg.** **Qui** peccatā sua  
 plāgit nec tñ deserit. pene gūiori se  
 subicit. **Her.** **Luct⁹** eorū qui pseueran-  
 tiā nō habēt nec merentē consolationē  
**Alios** inquit lugētes video. sed si de cor-  
 de procederēt ille lacrimę. nō tā facile  
 illico soluerent i iusū. **Rūc** autē cum  
 abundant⁹ oīosa et seuerilia vōba pro-  
 fluāt quā prius lacrimę. hęc de hys eē

nō arbitror: quibus consolatio diuina pro-  
 mittit. quādoquē post illas tā facile  
 vilis consolatio admittit. **Delicata** est  
 enim delectatio diuina. quā nō dabit a d-  
 mittētibus aliena. **Hęc** terciā beatitu-  
 dinē habuit **Petr⁹** et **maria magda-**  
**lena**. et ideo consolationem diuinam  
 meruerūt in hac vita. **Quarta** bea-  
 titudo ē desiderium iusticie. de qua se-  
 quitur **Beati** qui esuriūt et sitiūt iusticiā.  
**Iusticiā** esurit qui secundum iusticiā dei ouer-  
 sari desiderat. **Sitit** iusticiā qui scientiā  
 eius acquirere cupit. talis saturabit lar-  
 gitate remunerantis dei quoniam maiora  
 erūt prima quā sanctorū desideria **Glo.**  
**Iusticia** ē reddere unicuique quod suū ē  
 deo pro et sibi metipsi. vel esuriet. si  
 uel sitis iusticie ē vehemens desiderium  
 iusticie et veri boni. de quibus **Ps.** **Quē**  
 admodū desiderat ceruus ad fontem aquę  
 riuū et c. **Et** talis sitis siue esuriet satu-  
 rabit in vita eterna. **Quinta** beaitu-  
 do est misericordia. de qua subdit **Beati** miseri-  
 cordes quoniam ipsi misericordiā consequen-  
 tur. **Remig⁹.** **Misericors** dicitur quasi mise-  
 rum cor habēs: quia alterius miseria  
 quasi suā reputat. et de malo alteri⁹  
 quasi de suo dolet. **Opera** misericordie septē  
 sunt carnalia. et septē spūalia. inter  
 que vltimū est iniurias sustinere. et hoc  
 dicit op⁹ misericordie. quia responsio mollis frā-  
 git irā. et hoc est piū opus. **Tales**  
 consequentur misericordiam a deo quādo dicet  
 eis. **Venite** benedicti et c. **Sexta** be-  
 atitudo est mundicia cordis. de qua dicit  
**Beati** mundo corde: quoniam ipsi deum vi-  
 debūt. **Mundi** corde sūt quos non ar-  
 guit cōsciētia peccatōrū. vñ **Ihere. iij.**  
**Laua** a malicia cor tuū. **Psal.** **Quis**  
 ascendet in montem domini aut quis  
 stabit in loco sancto eius. **Innocēs**  
 manib⁹ et mundo corde. **Debent** autē  
 mundare cor trib⁹ modis. **Primo** pro  
 lacrimarū effusione. **Aug⁹.** **Penitē-**  
**tes** quęquē sordis pro baptisimi purifica-  
 tionē traxerint: oportet ut abluāt  
 bh ij

cū lacrimis cōtritiōis. **Per.** Exite lacrimis exite aperiant cataracte misericordie capitis et nō erūpant gutte lacrimarū sicut flumina si forte sufficiūt abluē maculas quib⁹ irā dei meruī. **Secūdo** debemus mūdare p̄ sufficientē cōfessionē. **Vñ Per.** ad quāndā v̄ginē. **A**ma mūdiciā ob quā amaberis. **a**ma cōfessionē ob quā mūdaberis. **Itē.** **V**bi frequēs cōfessio: ibi decōr et pulchritudo. **Tercio** debem⁹ mūdare cor p̄ verbi dei auditionē. **Io. xv.** **I**am vos mundi estis p̄pter sermonē quē audistis. **S**epe em̄ cōtingit q̄ pctōr audit v̄bū deī: de quo cōcipit tantā cōtritiōnē q̄ si haberet mille pctā mortalia. dōmin⁹ ei oīa dimitteret. **Septima** b̄titudō ē pacificatio. **Vñ** sequit̄. **B**eati pacifici quā filij dei vocabūtur. **P**acificus ē qui habet pacē ad deū: ad primum. et ad seipsū. **A**d deū habet: q̄ nō resistit ei peccādo. **Job. ix.** **Q**uis resistit ei et pacē habuit. **E**t cū primo debem⁹ habere pacē. **A**d **Roma. xij.** **C**um oib⁹ si fieri p̄t pacem habētes. **Psal.** **C**ū hys q̄ oderūt pacē eram pacificus. **Itē** debem⁹ pacē habere ad nosmetipsos: qd̄ fit quā oēs mot⁹ carnis rationi subijcim⁹ et vicia q̄ ledūt cōsciā extirpam⁹. **I**stā pacē non habēt pctōres. **Isa. xlviij.** **N**ō ē pax impijs qz̄ semp̄ habēt lesam cōsciā. **Sap. xvij.** **S**emp̄r̄ presumit seua perturbataqz̄ cōsciā et c. **I**heronim⁹. **Q**uid prodest pro te alios pacificari cum in tua cōsciā iam sint bella viciorum. **Octava** beatitudo est persecutio propter iusticiā. de qua subditur. **B**eati qui persecutionem patiūtur propter iusticiā. **H**oc modo christus nos precessit. et sic oportet nos eum sequi. **Johannis. xv.** **S**i me persecuti vos fuerint. et vos persecutur. **H**oc modo omnes sancti sūt eū secuti. **I**hero. **Q**uis sanctorū sine tribulatione coronat⁹ est.

**De eodem Sermo. lxxviii.**  
**B**eati q̄ persecutione patiūtur propter iusticiā: quā ipsorū ē regnū celo. **Mat. v.** **P**ota q̄ regnū celoz̄ dat̄ multis generib⁹ hominū. **P**rimi sūt p̄secutiones et tribulationes sustinētes. de quib⁹ in verbo p̄posito. **vñ Actu. xij.** **P**er multas tribulationes oportet nos intrare in regnū celoz̄. **ij.** **T**himo. **ij.** **E**cce si sustinem⁹ cōregnabim⁹. **Lu. xij.** **P**os estis q̄ p̄māstis meū in tribulationibus meis. et ego disponā vob̄ sicut disposuit mihi pater regnū: ut edatis et bibatis supra mensā meā in regno meo. **I**sto mō oēs sci regnū celoz̄ adq̄sierūt. **I**hero. **Q**uis sanctorū sine tribulatione coronat⁹ est. **S**ecūdi sūt pauperem vitam habētes. de quib⁹ in euangelio presenti. **B**eati pauperes spiritu: quoniam ipsorū est regnum celoz̄. **Per.** **N**on paupertas virt⁹ computat̄: sed amor paupertatis. **D**emiḡ beati pauperes non reb⁹ sed spiritu iudicātur. **G**losa. **P**auperes spū sūt qui nihil habēt et oīa possident. **Jaco. ij.** **R**ōne de⁹ elegit pauperes in hoc mūdo diuites in fide. et heredes regni. **Aug⁹.** **P**aupertate emittur regnum celoz̄. tātum valet quātum habes. **T**ercij sūt seipsos hūilantes. **Mat. xix.** **S**inite paruulos. i. humiles sine refutatōe venire ad me: talium est em̄ regnum celoz̄. **Mat. xvij.** **A**ccesserunt discipuli ad Ihesū dicētes. **Q**uem putas maiorem esse in regno celoz̄. **A**duocās ihesus p̄ uulū statuit eum in medio eorum et dixit eis. **N**isi cōuersi fueritis. scz̄. a vestera elatione. et efficiamini sicut p̄ uuli. i. humiles: non intrabitis in regnum celoz̄. **Per.** **H**umilitas ē via ad regnum celoz̄. **P**er humilitatē ascende ad sublimitatem. quia hec ē via. et nulla alia ab ea. et qui aliter vadit. potius cadit q̄ vadit. **Exēplū**

in lucifero. **Quarti** em̄ sūt voluntatē dei libēter facientes. **Mat. vii.** Non em̄ omnis qui dicit mihi domine domine: intrabit regnū celoz: sed q̄ facit voluntatem patris mei q̄ em̄ celis ipse intrabit regnū celoz. **Glo.** Iter regni dei ē obediētia. **Que** autem sit voluntas dei: docet **Ap̄ls. i.** **Thessalo. iij.** Volūtas dei est sanctificatio vīa et iudicia. **Mat. v.** Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. **Psal.** Quis ascēdet in mōtem do. **et c.** Itā volūtas dei est misereri pximo. **Mat. ix. et xij.** Misericordiam volo et nō sacrificiū. i. misericordia magis q̄ sacrificiū aliqd sine mīa valet. **Pro. xxi.** Facere misericordiam magis placet deo q̄ sacrificium. **Qui** cūq; ergo volūtatē dei fecerit: regnū celoz possidebit. quādo dicit. **Venite benedicti.** **Esuriui et dedistis mihi māducaē.** **Quinti** sūt de pctis penitētiā agentes **Mat. iij.** Penitētiā agite: ap propinquabit enim regnum celoz. **Eze. xvij.** Si impius egerit penitentiā de peccato suo. et fecerit iudiciū et iusticiā: vita viuet. et nō moriet. **Exempluz** de latrone qui penitentiā agens dixit. **Memēto mei dñe.** **Cui** domin9. **Amen** dico tibi. **Hodie** mecum eris in paradiso. **Sexti** sūt de do cogitantes. **Sap. v.** dicit de viris iustis. **Cogitatio** eorum apud deum altissimū. ideo accipiet regnū et opade ma speaci de manu dei. **Pro. x.** Desiderium suū dabit iustis. **Ecci. xxij.** **Transite** ad me oēs qui cupiscitis me. et a gnationib9 meis implemini. **Septimi** sūt pseuerātes. **Luce. xxij.** Vos estis q̄ mālistis meū in tribulationib9 meis. et ego disponā vob̄ si cur disposuit mihi pater me9 regnū **Det.** **Sola** pseuerātia singularis: sūmi regis ē filia. **Illa** em̄ sola ē heres regni celestis **Apoca. ij.** **Esto** fidel vsq; ad mortē. et habebis coronā vite

**Mat. x.** **Qui** pseuerauerit vsq; in finē: hic salu9 erit: suple i regno celo rū. **Oim** scōz festiuitas q̄tuor de causis celebrat. **Primo** ppter cuiusdā tēpli dedicationem. **Romani** em̄ cum vniuerso orbi dominarent: templū quod dā maximū cōstruxerūt. et i eo ydolum suum statuerūt. et omnium prouinciarū ydola in arcuitu: respiciētia ydolu romanorū. **Si** autē aliq; prouincia bellare vellet ydolu illi9 prouincie ydolo romanorū dorsū vertebat. inuēs q; ab eius dominio recessisset. **Conati** ergo romani ad illā prouinciā copiosum exercitū destinabāt et eos subiugabāt. **Insup** singul dñs speciale templū edificabant. **Sz** qz ppter multitudinez omnia ydola specialia templa habere nō poterāt. ad maiore sue vesamie cōtentationē vnū templū ceteris mirabilius edificabāt et sublimi9 in honore oim deoz erexerunt. et **Pantheon** qd sonat totus de9 vocauerūt. **Apan** qd est totū et thcos de9 quod est tot9 deus. **Fundamentū** ergo templi specicum ponē. vt ex ipsa forma deoz eternitas cognoscereē. **Sed** qz latitudo testitudinis insustentabilis videbat. cum supra terram in edificio aliquantulum pcessissent: totū int9 terra replebāt simul: vt dicit cum terra denarios iacentes. et sic vltorius: quousq; p̄dictum templum est mirabiliter osummatum. **Tunc** data est licentia: vt q̄cunq; terrā apportaret: totā quā in ipsa terra inueniret pecuniā: sua esset. **Festine** turba properat. et ipsū tēplū euacuat. **Deniq;** **Romani** p̄mā eneam et deauratam fabricāt. et in sūmitate collocāt: in qua omnes puince mirabiliter erāt sculpte. **Ita:** vt qui tūq; versus Romā veniret: q̄ sua puincia esset: scire posset. **Hec** autē puincia p̄cedēte tempore inde cecidit. et i predicto tēplo in sūmitate remāsit.

Tempore autem cuiusdam imperato-  
ris: cum Romam fidem domini rece-  
pissent. Bonifacius papa quartus: cir-  
ca annos domini. M. c. v. predictum  
templum in honore beate marie. et om-  
nium martirum consecrauit. et locum  
sancte Marie ad martires appellauit.  
Nunc autem a populo: sancta Maria  
rotunda appellatur. Secundo est institu-  
ta propter obmissorum suppletionem.  
Multos enim sanctos obmissum: de  
quibus nullam festiuitatem siue memo-  
riam fecimus. Et quia tot sunt. et tempus  
breue est quod omnes specialiter per-  
agere non possumus. Ideo modo insi-  
mul eos honoramus. Tercio propter ne-  
gligentiarum expletionem. Licet enim  
paucorum sanctorum festa peragimus.  
adhuc tamen illa pauca negligenter  
facimus. Quicquid ergo negleximus: et  
hoc modo supplere debemus. Quarto  
propter facilitatem orationum nostrarum im-  
petitionem. ut sicut hodie horam omnes  
sanctos vniuersaliter: sic ipsi pro nobis in-  
cedant. Et istud dominus reuelauit per mira-  
culum. Cum enim in hac nocte custos sancti  
petri ex deuotione omnia altaria circui-  
set. et orasset ante altare sancti petri  
obdormiens: rapit extra se. et vidit  
deum in sublimi solio sedentem. et beatam  
virginem Mariam cum multitudine vir-  
ginum venientem. Johannem baptista cum  
patriarchis et prophetis. beatum petrum  
cum apostolis discipulis: et euangeli-  
stis. postea turba militum et martirum.  
Deinde turbam innumerabilium sanctorum.  
Tunc beatus petrus incepit canticum. et  
omnes persequerentur laudantes et benedi-  
centes deum. Et dixit angelus custodi. Ho-  
die omnes sancti dei deum benedicunt pro  
honore sibi exhibito in mundo. Peius  
dixit eum ad stagnum ardentem: ubi vi-  
dit homines: alios ad genua: alios ad  
pectus: alios ad collum cruciari. iuxta  
quos vidit utriusque sexus homines ad  
mensam sedentes: pulchre vestitos. et

epulantes. et vidit alios famelicos et  
nudos elemosinam petentes. Et dixit ei  
Istes sunt purgatorii. Illi qui ad collum in  
stagnis sunt: sunt illi qui penam sibi iunctam  
ante mortem non fecerunt. Qui autem ad pectus  
penam pro parte egerunt. Qui autem ad ge-  
nua fere totam compleuerunt. Qui medi-  
catis nullum habent nisi fidelium coes orationes.  
Abundantes autem sunt ille anime quibus pro paucos  
et pro suffragia subueniunt. Sic ergo pa-  
ter: quod sequenti die omnium sanctorum instituat  
agere memoriam omnium animarum. ut saltem gra-  
tia suffragia habeant: que specialia habere  
non possunt.

In festo animarum Sermo. lxxv.  
Misere mei miserere mei  
Salte vos amici mei. quia manus  
domini tetigit me Job. xix. Ver-  
ba proposita dixit beatus Job in persona  
anime in purgatorio existens. et auxili-  
um nostrum imploratis. Sciendum autem  
quod tria genera hominum sunt que ad purga-  
torium descendunt. Primi sunt que penam  
sua pro peccatis sibi iunctam ante mortem non  
compleuerunt. Quicquid enim purgatorio  
ardet. hoc ante neglexerunt: tamen ante mor-  
tem habeant tantam cordis contritionem que  
sufficere possit ad delendum peccatum. quia cor-  
dis contritio est maxima pro peccatis satisfactio  
et maxima peccatorum deletio. Ihero. Ante  
deum non tantum valet mensura temporis quantum  
doloris. Tantam posset hora habere cordis  
contritionem in vna hora quod si mille pec-  
cata mortalia commisisset omnia gratia dei rela-  
xaret. Sicut patet de latrone penam in  
cruce agere: que ait Memoro mei domine  
dum veneris in regnum tuum. Et respondit dominus  
Amen dico tibi: hodie mecum eris in pa-  
diso. Qui vero non habuerit tantam con-  
tritionem que possit sufficere ad peccatorum dele-  
tionem. et moriuntur ante penam inuicem ex-  
pletionem: nisi vo eorum satisfactio ab aliis  
quibus caris suis facienda assumat. nihil  
omnino ipse manebit in purgatorio: do-  
nec illi penam totaliter egerint. Cum quodam  
enormissimum peccatum commisisset et confiteri

non auderet: desperavit. Quidā amicus eius instruxit eū vt ad papā Romā pperaret. pmittens qd si ante cōpletionē pñe decederet: ipse vō p eo satisfaccere vellet. Iniuncta ē ei ergo pñā talis: vt trib⁹ annis tria reg⁹ ambularet. et nō nisi vna nocte i vna villa morari debēt. Cūq; ichoass; pētentia: cepit egrotari. et mortu⁹ est. Soc⁹ aut eius sicut pmisserat: satisfaccione p eo acceptavit. In fine vō p mī am apparuit ei defunctus in ecā p te sui corpis miue cādidiōr: in duab⁹ partib⁹ pice nigrioz: dicens qd in pte illa q nigra esset. miserabilē torqret. et in alia nō. Scdo āno apparuit i duab⁹ p tibus alb⁹. et in ecā niger. In tercio āno totus alb⁹ grās agens de sua liberatōe. Itē aliud exēplū. Que dā mulier mortuo viro suo. depauperata desperavit. Qui apparuit diabolus pmittēs ei multa bona. si eius volūtati obediret. Illa pmissit. At ille. Fac vt viros religiosos allicias vt tecū fornicent. et paupes recip. et eos de nocte exce de domo tua. orātes in ecclesia stude impedire. et nunq; cōfiteri. Qd et fecit. et supra modū ditata est. Cum aut mortū appropinqret fili⁹ eius ad cōfiteudū eam monuit. Illa respōdit se cōfiteri nō posse. exponēs ei totū factū. Sed cū ille lacrimādo ei instaret p ea satisfaccere pmittens. illa compuncta misit p sacerdotē. Cū ergo rediret inuenerūt eam mortuā. Tūc fili⁹ p ea cōfites. et pētentia septennē cōplens. vidit mēz suā cū magna claritate grās sibi referentē. Secūdi qui ad purgatorium descendūt. sūt qui satisfaccione mīūctam opleuerūt sed illa pñā ex igno rātia aut ecā negligētia sacerdotis i sufficēs fuit. Pñ em totū i purgatorio cōplebūt. quicqd in hac vita minus fecerūt. De⁹ qui mēsuras penarū nouit et pctōz. penā sup addidit suf

ficientē. ne aliqd pctm̄ maneat impunitū. Si tñ aī mortē tantā hēat cōtritō nē. q sufficere possit ad deletionē peccatorū. liber transibit ad regnū celoz: qz hoc sp addēdū ē. qd p t eē tāta cōtritio. q si hō multa pctā mortalia cōmississet. diuina mīa totū relaxarēt. **Exēplū.** Latro qdā vidit religiosos siluā intrare in q latitabat. et ad pētentia duct⁹ cucurrit post eos clamās vt eius cōfessionē audirēt. At illi cōfite fugē ceperūt. At ille currens p⁹ eos. cecidit de rupe. et fracto collo expirauit. Et viderūt illi āgelos venientes et aīaz ei⁹ ad celū deferētes. Tercij q ad purgatorij descendūt. sūt q fm Aplm. lignū. fenū. stipulā secū portāt. Per q significānt pctā venialia q sūt magna. mediocria. et pua. Per stipulā q nō hz magnū calozē. significānt venialia pua. p fenū qd habz ignē et calozē significānt mediocria pctā venialia. p lignū qd multo fortius ardet q fenū. significānt mag venialia pctā. Sed posset hō tñ de stipulis. fenoz. et lignis cōponē vt magn⁹ ignis heret. Sic p t hō tāta venialia cōtrahēt q magnū purgatorij sustinebit. Sic legit de puella quada; . q cū fuisset. xv. dieb⁹ defuncta: apparuit cui dam dicens qd multum diu fuisset in purgatorio ppter vnam cantilenam malā. quam audierat cum delectatōne cātari. Ideo nō parū p dāt hoies pctā venialia. qz sepe sūt magna q pua vident. **Exēplū.** Duo socij religione intrauerūt et se mutuo dilexerūt. Cūq; vn⁹ eoz egrotaret et mortū appropinqret. venit soc⁹ eius flens et rogās eū si posset. qd de statu ei⁹ sibi reuelaret. Mortu⁹ ego ille apparuit socio suo dicens. qd i magis pīs purgatorij esset. Cūq; querēt eam dixit. Cum mihi noui socia darenē de re stuario. antiquos abscondi sub lecto meo et nō cōstitui sicut debui. et id vroz

Sed vade ad lectū meū. et accipiēs re-  
 porta abbati. et rogat ut mittat me  
 orōmb⁹ fratꝝ. Cū ergo statim abba-  
 ti reuelassz. et frēs p̄ eo orassent. itē  
 eū apparuit ei dicēs se esse liberatū.  
 Sic ergo p̄tz de trib⁹ generib⁹ hōim  
 qui ad purgatorium descendūt. Isti  
 ergo nostrz iuuamen implorant dicē-  
 tes **Miseremini mei miseremini mei**  
 et c. Sunt autem diuersa suffragia q̄  
 bus iuari possunt. Prīmū est corpo-  
 ris xp̄i oblatio. De quo ponit Greg.  
 exemplum in dyalogo. Quidam mo-  
 nachus suus nomine Iust⁹ rad extre-  
 mū suum veniēs: tres aureos aphas  
 occulte se habuisse indicauit Sanct⁹  
 autem Gre. ad terrōre alioꝝ: iussit  
 corp⁹ eius cū aureis aphis in sterqui-  
 linum proci et sepeliri. et p̄cepit cui-  
 dam. ut singulis dieb⁹ pro eo missā  
 celebraret. Quod cum ipse fecisset.  
 tertia die apparuit: dicēs se esse libe-  
 ratū. Itē aliud exemplū. Cū quidaz  
 argētum foderent in rupe. rupis cec-  
 dit. et omnes extinxit. Vnus autē eo-  
 rum in q̄dā cōcauitate iacuit sine le-  
 sione quē vxor ei⁹ existimās mortuū  
 fecit singulis dieb⁹ p̄ eo missam legi  
 et obtulit vnū panē et mensurā vini  
 cū candela. Dyabolus autē aparēs ei  
 trib⁹ diebus cū ad ecclesiā ire vellet  
 in specie hōis dicēs. Missa ē celebra-  
 ta. Et sic trib⁹ dieb⁹ nihil fecit. Qui  
 dā aut post hoc i p̄dicta rupe fodiēs  
 audiuit quandā vocem subter dicen-  
 tē. Percutias placide. qz caput meo  
 magn⁹ lapis imminet. Et cū ille tre-  
 meret. et plures vocasset itēz fodit  
 et simile vocē audiuit. Qui a latere  
 fodiēs vsqz ad ipsū pueniēs sanū ip-  
 sum extraxit. Cū aut querēt quo tā-  
 diu vixisset: dixit qz singul diebus si-  
 bi oblat⁹ fuissz vn⁹ panis et mēsurā  
 vini cū candelā exceptis tm̄ trib⁹ die-  
 bus. Qd vxor ei⁹ audiēs: cognouit  
 qz diabol⁹ eā deceperat qz missam p̄

temiserat. Secūdo liberantē aie per  
 elemosinaz largitionē. Vñ legiē. ij.  
**Macha. xij.** Vir fortissim⁹ iudas col-  
 latione facta. xij. milia dragmas ae-  
 gētī misit iherosolimā offerri ea ibi  
 p̄ pctis mortuoz. Vñ legiē in vita  
 sancti iohannis elemosinaz qz doce-  
 bat hōies libenter elemosinas dare  
 ponēs exēplū. qz qdā captus a paga-  
 nis tenebat in vinculis. Parētes autē  
 eius existimātes ipsū mortuū: singul  
 annis qtuoz stipes p̄ eo pauperibus  
 erogabāt. et semp illis dieb⁹ venit q̄-  
 dam candidissim⁹ iuuenis. et omnia  
 vincula sua soluēs. ipsū abire p̄cepit  
 Ille aut timens nō audebat. Tandē  
 confidēs in deū abscessit. et reuertēs  
 ad parētes singula q̄ sibi acciderant  
 enarrauit. et inuētum ē qz eisde die-  
 bus absolue⁹ ē qn̄ p̄ eo elemosina da-  
 bat. In hoc p̄tz qntū elemosina valz  
 p̄ defunctis. Tercio adiuuante p̄ viuō  
 rū orationē. Exemplū. Scolaris qdā  
 quādo cūqz cimiteriū trāsibat. semp  
 speciales orationes p̄ defunctis dice-  
 bat Cūqz mortu⁹ esset. et dictis vigi-  
 līs sacerdos dicēt. Requiescāt i pa-  
 ce. respōderūt oia corpora alta voce  
**Amen.** Itē aliud exemplū. Miles q̄-  
 dam quotiēs cimiteriū p̄trāsuit. ora-  
 tiones p̄ defunctis dixit. Qui miles  
 cum per inimicos suos deberet capti-  
 uari fugit ad cimiterium. et cōtinuo  
 mortuū surrexerūt vnusquisqz istru-  
 mentū suū manu tenēs. qsi illū defē-  
 dere vellēt. Quoviso. illi territi fuge-  
 rūt. Quarto p̄nt iuari p̄ ieiuniū. qd  
 p̄tz de illo qui p̄ pctis sue matris sep-  
 tem annis satisfecit. Reqrē in eodēz  
 sermone. Item p̄nt iuari p̄ cruas  
 assumptionē: qn̄ papa dat alicui cru-  
 cem p̄ trib⁹ vel qtuoz aiab⁹. Exem-  
 plum. Cum em̄ quodā vice crux p̄-  
 dicaret. quidam trāsies p̄ siluā ha-  
 buit obuiā tres equos nigros semū-  
 cō mordētes. postea venit quart⁹ in

quo sedit hō miserabiliter clamās .  
et q̄siuit vtz ne vidisset aliquos in  
equis nigris Respōdit se tm̄ vidisse  
equos ⁊ nō sessorēs Et tūc ille miscā  
bilit̄ clamare cepit . O me miser q̄ oī  
auxilio sū destitūt⁹ . Cūq; q̄rēt cām  
flet⁹ sui: rēdit . Tres socios hūi an̄ p  
uū tēp⁹ q̄ isidebāt eq̄s nigris . ⁊ fue  
rūt demōes q̄ eos cruciabat: p̄ q̄b⁹  
amici eoz crucē acceperūt ⁊ ipi sūt li  
beātī . Ego at̄ miser nullū amīcū hō  
in mūdo q̄ p̄ me crucē accipiat . Tūc  
ille mia mot⁹ : flexis genib⁹ in terrā: vo  
uit dō q̄ p̄ eo crucē accipēt si eū dñs  
libeāret . Statim ille disparuit . ⁊ cū  
magno lumine grās egit . ⁊ in eodē  
loco ossa hōis cādīdissima ceciderūt .  
equus aut̄ vlulatu magno recessit .

**De eodem . Sermo . lxxvi .**

**M**ortate eis partē qui non p̄pa  
rauerunt sibi . Reemie . viij .  
In istis v̄bis hortamur p̄ p̄  
phetā ad suffragia faciēda p̄ defūctis  
Circa suffragia v̄o faciēda notanda  
sūt tria . Primū ē q̄b⁹ p̄sūt suffragia  
Circa q̄d scire dēm⁹ q̄ nō p̄sūt dñs  
q̄ sūt i celo . q̄ nō idigēt s̄ cedūt i me  
ritū orātis Psal . Oro mea i sinu meo  
cōuertēt . Nec p̄sūt ill̄ q̄ sūt i inferno .  
Aug . Si scire patrē meū esse in ifer  
no: nō pl⁹ orare p̄ eo q̄ p̄ dyabolo .  
Prosit aut̄ hys q̄ sūt in purgatorio:  
sed nō eq̄līē . Nā magis p̄sūt ill̄ p̄ q̄  
b⁹ spālīē fūt . Si aut̄ fūt in oī: p̄sūt  
illis q̄ pl⁹ meruerūt i hac vita vt eis  
p̄desent . s . hys q̄ pl⁹ de mia ⁊ carita  
te habuerūt . tales plus de misericor  
dia cōsequēt . Pueri baptisati: marti  
res: viri p̄fecti: ⁊ valde hōi secū cre  
mabilia nō ferūt . vt ait Aug⁹ Si q̄s  
p̄ istis suffragia faceret: eis iniuriā  
facēt: q̄nq; tm̄ orōnes ⁊ suffragia p̄  
valde bono facta cedūt ad meritū fa  
ciētī . vñ Psal . Oro mea in sinu meo  
⁊ c . Secundum ē quoz suffragia pro  
desse p̄nt . Sciēdū autē q̄ oportet fie

ti ab hys q̄ sūt i caritate . i . sine pctō  
mortali . Et si sūt in pctō mortali: de  
functis nōpt̄ p̄desse . Istō ē intelligē  
dum de oib⁹ suffragiis excepta missa  
que tm̄ valet a malo sacerdote q̄tū  
a bono . hoc ē intelligēdum ad euka  
ristie oblationē . q̄ corp⁹ xp̄i a malo  
sacerdote violari nō p̄t . Aug⁹ . Dif  
formitas medici nō impedit effectuz  
medicinē . sic malina sacerdotis non  
impedit effectū corpis xp̄i: q̄n̄ orat p̄  
defūctis p̄ q̄b⁹ immolat̄ . Orationes  
aut̄ q̄s facit mal⁹ sacerdos ex̄ns i pec  
cato mōrli: nō exaudit de⁹ . Job . ix .  
Scim⁹ q̄ pctōres nō exaudit de⁹ Qd̄  
suffragia facta a malis nō p̄sūt: p̄tz  
per exemplū . Requie dominica . viij . i  
sermone . Stipendia peccati . Tercū  
est quō suffragia p̄ pctis facta sciri  
p̄nt . ⁊ hocm̄ Aug . tribus modis .  
scz per diuinam reuelationem . p̄ an  
gelorum manifestationem ⁊ per aia  
rum hic existentium intimationem:  
que cum illuc veniunt . eis hec ⁊ simi  
lia nūciare possunt . Item p̄nt scire p̄  
penarum mitigationē: cum sentiunt  
penarum mitigationē: suffragia p̄ se  
fieri cognoscūt . Quartū est q̄re dñs  
mittit aliquā apparē animas ⁊ suffra  
gia petere . hoc facit p̄p̄ tria . Primo  
propter eoz celeriorē liberationē  
scz vt possint alijs suam indigētā re  
uelare ⁊ suffragia petere . ⁊ celerius  
de pena liberari . Exemplū . Quidam  
piscatores theobaldi ep̄i in autūno  
magnum frustū glacie p̄vidēit Qd̄  
cū dño suo portassent . ⁊ pedes suos  
supposuisset: audiuit vocē hōis in ea  
Cūq; adiurasset eū vt diceret quis  
esset: rēdit . anima sum ⁊ crucior in  
hac glacie . Et q̄siuit quō iuuari pos  
set: respōdit . Si triginta dieb⁹ cōti  
nue triginta missas p̄ me celebrares:  
liberer Cūq; ep̄s dimidietatē missarū  
dixisset: diabolica suggestōe stigit q̄  
hōies illi⁹ citatis it̄ se bella mouebāt

Vnde vocat<sup>9</sup> ep̄s ad sedandā discor-  
diam missam p̄termisit. Itē remapi-  
ens cū iā duas p̄tes cōpleuiss<sup>9</sup>; r̄exera-  
t<sup>9</sup> magn<sup>9</sup> vt videbat̄ obsedit ciuita-  
tē. et cōpulsus missam p̄termisit. Tec-  
ad remapiēs cū oēs ad vltimā cōple-  
uisset: tota dom<sup>9</sup> ep̄i ē accensa. et cū  
hoc sibi dicerēt. R̄ndit. Si tota ciui-  
tas cōburi debēt: missam nō p̄termi-  
tā. Qua celebrata: glacies tota dis-  
soluta ē. et aia ē liberata. Ignis tāq̄  
fantasma decessit. Secūdo p̄p̄tē nr̄am  
instructionē. s. vt magnā penā inli-  
gi p̄ctōib<sup>9</sup> agnoscam<sup>9</sup>. **Exemplū**  
Cum abbas quidā moriēs interroga-  
ret quis eis vtili<sup>9</sup> in abbate cōstitutū  
possit mot<sup>9</sup> carnali dilectione cōsulu-  
it vt nepotē suū substituerēt. qd̄ et  
factū est. Cū autē eius nepos cōstitut<sup>9</sup>  
quadam vice staret i orto suo iuxta  
fontem: audiuit vocem auūculi sui la-  
mentabilē de pena sua cōquerentē.  
Cū autē ille querēt cām. r̄ndit. iō qz  
te in abbate substitui parauī. Quz  
dicēt: quō i fonte intm̄ posset crucia-  
ri. Cui ille. Affer mihi cupreū cādela-  
brū de altari. et ipone huic fonti. Nō  
cū fecisset: tāq̄ cera liquefactū ē. Sta-  
tim ille p̄laturā reliquit. et p̄ illo ora-  
uit. et tandē apparuit ei. dicēs se esse  
liberatū. Itē aliud exemplū. Magi-  
ster silo habuit parisi<sup>9</sup> quendā scola-  
rē moriētē: quē ipse rogauit vt ad  
eū remiret et de statu suo sibi intima-  
ret. Qui apparuit ei cū capta de p̄ga-  
meno facta tota d̄ sophismatib<sup>9</sup> sc̄p̄-  
ta et it̄er<sup>9</sup> tota ignea. Et dixit. Hec  
capa pl<sup>9</sup> me p̄mit q̄ si vnā turri su-  
per collū haberē: quā debeo portare  
p̄p̄tē vanā gloriā quā de mea scia ha-  
bui. Sz cū magister penā facilē iudi-  
caret: dixit ei vt manū extenderet.  
Quo facto. ille guttā sui sudoris emi-  
sit. q̄ statim q̄si sagitta manū ei<sup>9</sup> p̄fo-  
rauit. Et statim ille territ<sup>9</sup> religionē  
intrauit. Tercio p̄p̄tē culpe in loco p̄-

petrationē: fm̄ Aug. Aie sepe puniū-  
tur in locis vbi p̄ctā p̄petrauerūt. Ex-  
emplū. Sa cerdos qd̄ dū balneū in-  
traret semp̄ inuenit quendā virum  
incognitū sibi ministrantē. Quadaz  
die obtulit sibi vnū panē p̄ labore.  
Qui r̄ndit ei. Pater. aia sū cuiusdaz  
balneatoris. et ago purgatorium in  
hoc loco vbi p̄ctā cōmissi. s̄ rogo vt  
offeratis huic panē deo et oretis p̄ me.  
Et tūc sciat̄ me liberatū eē. qm̄ me  
hic ampli<sup>9</sup> nō inuenietis. Sacerdos  
vero p̄ eo p̄ vnaz ebdomadā missas  
celebrauit. et rediens ipsum nō inue-  
nit ampli<sup>9</sup>. Rogem<sup>9</sup>.

**De scō Martino Ser. lxxvii.**

**H**ec sacerdos magn<sup>9</sup> qm̄ di-  
ebus suis placuit deo. Eccl.  
xliij. In verbis istis cōmēda-  
tur bt̄s martin<sup>9</sup> a magnitudine s̄a-  
ctitatis p̄ quā placuit deo. Scēdū qz  
in bt̄o martino multa inuenim<sup>9</sup> p̄p̄tē  
que deo placuit. cuius exempla imi-  
tari debem<sup>9</sup>. Primū est mīa. Pro.  
xxi. Facere mīam magis deo placet  
q̄ victima. Math. ix. Mīam volo et  
non sacrificiū. i. mīam magis volo q̄  
sacrificiū sine mīa. Nō autē q̄re deo  
tm̄ placet mīa: ē hec. qz ipse natura-  
lit̄ misericors ē. et iō maxie sibi placet  
mīa. Aug<sup>9</sup>. Nichil ē qd̄ nos dō ita ca-  
ros effiat sicut pietas. i. mīa. Vāc v̄-  
tutē habuit bt̄s martin<sup>9</sup>. Nā de eo  
legit̄. Dū adhuc esset miles et nō dū  
baptisat<sup>9</sup>: quodā die qundā pauperē  
nudū obuiā hūit: quē cū mlti p̄cessis-  
sent et sui miseri nō fuisset. vidit eū  
bt̄s mar. et misert<sup>9</sup> ē ei<sup>9</sup>. igemuit.  
et penes se nihil h̄ns n̄ vnā vestē. ex-  
tracto gladio eā diuisit. vnā p̄tē ei  
dedit. et alia p̄tē rursus iouit. Cūqz  
trūcato pallio icēdēt. aliq̄ eū deride-  
bāt. aliq̄ igemiscebāt qz filia nō fec-  
eāt. Seq̄nti nocte. vidit bt̄s mar.  
xpm̄ ioutū p̄tē clamidis q̄ nudū vesti-  
uit. dicētē ad āgelos Marti. adhuc

cathecuminus hac me veste ostendit. **C**  
 aut factus esset episcopus: omnia quae habere potuit:  
 pauperibus erogauit. Quodam die dum ad  
 ecclesiam iret: pauperem nudum aspexit.  
 et misericordia motus dixit dyacono suo ut  
 pauperem vestiret. **S**ed cum ille facere distu-  
 lit: beatus martinus sacrarium intras: sola  
 tunicam quam habuit nullo sciente pauperi  
 tribuit. et capam suam se ostendit. **D**yaconus  
 autem non intelligens eum esse nudum: cum  
 esset cum capam texisset: respondit uulgi pauperem  
 adesse. **C**ui ille deferat mihi vestis  
 et pauperem vestiedum iuuenam. **C**um autem dy-  
 aconus instaret quod ad missam celebrandam  
 praediret. Respondit. Non possu praedire nisi  
 pauperem vestiat. Ille indignas ad foras iuit  
 et tunicam vilem antiquam et breuem per quam  
 quod denarius emit et ad pedes eius cum in-  
 dignitate piecit. **Q**uam beatus martinus se-  
 crete id iuit cuius manice usque ad collum  
 longitudo usque ad genua praedebat.  
 et sic praedebat ad missam. dum autem mis-  
 sa celebraret globus igneus. id est spiritus sanctus  
 in specie ignis super caput eius appa-  
 ruit. **C**um autem manus lauaret ut moris  
 est quod brachia macellata habuit et per  
 ue manice prepararet orium deorsum cade-  
 bat. **E**t quod manice tunice suae breues  
 erant. brachia usque ad collum nuda ap-  
 paruerunt. **S**tatim angeli affuerunt et  
 tegmina aurea et gemmata attulerunt  
 et brachia eius nuda cooperuerunt. **S**ic  
 patet quantum misericors fuit beatus martinus  
 non ad pauperes. **E**t non solum ad pauperes  
 sed etiam ad peccatores. **Q**uia omnes vo-  
 lentes confiteri ad passionis sinum recipie-  
 bat. **Q**uodam vice diabolus eum reprehendebat  
 quod lapsos statim ad gratiam recepit.  
**C**ui respondit. **O** miserabilis si tu ipse  
 ab hominum infestatione desisteres et te facto-  
 rum tuorum penitet. ego confisus in domino christi  
 misericordiam tibi pollicerer. **E**t non solum mis-  
 ricors fuit ad homines: sed etiam ad bruta  
 animalia. **V**idit enim quodam die canes in se  
 qui leporem. siue lepuseculum et misericordia mo-  
 tus praecipit ut desisteret ab insecutione

animalis. et statim canes quasi vin-  
 cti steterunt. **D**emon etiam quodam  
 vaccam intravit et eam vexavit. et  
 praecipit ei beatus Martinus dicens.  
**D**isce de aperiende et innoxum animal  
 grauare desiste. **T**unc demon protinus  
 discessit et vacca ad pedes eius praes-  
 termitur et ad imperium eius cum omni  
 mansuetudine ad gregem reuertit.  
**S**ecundum quod reddidit deo hominem  
 placidum est humilitas. **J**udith. ix.  
**D**omine humilium et mansuetorum tibi  
 semper placuit deprecatio. **I**hero. **N**ihil  
 est quod nos deo ita caros facit quam si  
 vite merito magni: humilitate sumus  
 infirmi. **B**er. **I**n alto non altum sapere  
 sed humilibus consentire. nihil est deo ca-  
 rius. nihil hominibus rarius. **N**on est  
 magnum in abiectioe humilium esse  
 magna profusum et rara virtus humilitas  
 honorata. **H**anc virtutem habuit beatus  
 martinus quod magnus fuit. tamen humi-  
 lem se fecit et reputauit. **N**am de ipso  
 legitur. **P**ater suus fuit tribunus sub co-  
 stantino et iuliano imperatoribus. **C**um  
 autem praecipissent imperatores pre-  
 teranorum filii per parentibus militarent  
**M**artinus cum esset annorum. xv. et ad  
 militandum per patrem urgeretur. erat  
 tanta humilitatis quod tantum uno suo  
 contentus esse voluit. **C**ui et ille seruus  
 ens sepius calcameta extrahebat et  
 pedes tergebat. **C**um autem episco-  
 pus factus esset. inuitus accepit digni-  
 tatem illam: indignum se reputans.  
**C**um autem homines magnum hono-  
 rem sibi inferret et eum sepius visita-  
 rent. extra urbem fere duobus milia-  
 ribus construxit monasterium ubi cum  
 decem et octo discipulis in maxima pau-  
 pertate. humilitate et abstinentia per-  
 mansit. **Q**uodam vice quendam leprosum  
 cunctis horribile obuiam habuit. at  
 ipse humilius osculatus est eum et sta-  
 tim mundatus est. **I**n cella ubi moraba-  
 tur nunquam sedes visa est: sed semper

in terra residebat. In ecclesia eum nemo unquam sedere conspexit. In equo splendido sicut solent domini nunquam consueverat equitare sed in vili asino. Quaedam die dum in vili asino et vestitu vili equitaret et sine familia tamquam pauper homo occurrerunt enim alij in equis. Cumque eum in asino sedere viderent expauescunt facti sunt. At illi de equis salientes et beatum martinum arripientes fortiter percusserunt ignorantes quod ipse esset. At ille mutis terga cedentibus prebuit. et propter hoc illi magis furebant: eo quod ipse tamquam non sentiens contemnere videbatur. Cumque abire vellet equi adeo fixi sunt terre: ut quantumcumque pauciter velut lapides immobiles persistebant quousque ad viam sanctam rediret et patrem suum quod ignoranter in ipsum fecerant confessi sunt. Tunc beatus martinus dedit eis licentiam abeundi. Tertium quod placet deo in hominibus est vera fides. **Eccl. i.** Non placitum est deo si des. ad **Heb. xi.** Sine fide impossibile est placere deo. Si homo habet omnes virtutes et fidee non habet. non placet deo. **Aug. 9.** Sine fide omnis labor vacuum est. Hoc sciuit beatus martinus. ideo fidem inuitis parentibus recepit. Unde de eo sic legitur. **Parentes sui gentiles erant. et cum esset annorum .xij. inuitis parentibus ad ecclesiam confugit et se cathacuminum fieri postulauit. sic enim erat consuetum illis temporibus. Cum autem esset annorum .xviii. baptisatus est. deinde relicta militia ad hylarium episcopum prexit. et ab eo acolitus est ordinatus. Et per somnium dictum est ei. quod ad parentes suos iret et eos ad fidem conuerteret. Cumque pergeret in Alpes cecidit inter latrones. et cum securum unum in capite eius vibrasset ictum ferientis alter sustinuit. vincit tamen post tergum manibus unum eorum ad custodiendum tradit. Interrogante autem ei latrone si non timet respondit. nunquam se fuisse ita securum. quia sciret misericordiam dei in tribulationibus.**

maxime affuturam. Incipiens ergo fidee latronem predicauit et ipsum conuertit. Qui martinum ad vitam reducens vitam laudabilem postmodum duxit. Cum vero mediolanum preterisset: diabolus sibi in specie humana affuit querens quo pergeret. Respondit. Quo me dominus duxerit. At ille. Quocumque ieris diabolus tibi aduersabit. Martinus respondit. Dominus mihi adiutor non timebo. Ille statim euauit. Et remans ad parietes. matrem ad fidee conuertit. patre in errore permanente. Incepit autem beatus martinus fidem publice predicare. Cum autem heresis arriana per totum mundum pullularet. Beatus martinus viciliter obstinuit. et ob hoc publice celsus et de ciuitate eiectus et rediens mediolanum monasterium sibi construxit. Sed ab arrianis inde est eiectus. Deinde episcopus est electus et se morti exponens viriliter obstinuit. Dum quoddam templum ydolorum destrueret vellet et pagani ei resisterent. Tunc per triduum alio tractus et cinere ieiunauit. et ut deus templum euerteret exorauit. Tunc duo angeli scutis et hastis armati venerunt in forma militum. dicentes se missos martino in subsidium. Quo audito gentiles resistere ei non presumetes et multi eorum ad fidee conuersi sunt. Itaque cum in alio tempore fanum quoddam destrueret. gentilibus contradicentibus. unum euaginato gladio ad eum cucurrit. Et beatus martinus nudam ceruicem ei exhibuit. sed cum ille manum extenderet ut eum percuteret. mox irruit ad terram et postulat remanere postulauit. Itaque alio tempore simile contigit cum ydola destrueret. et quidam eum cultro ferire vellet in ipso ictu cultrum de manu eius excussum non cepit. Sic patet quomodo beatus martinus perfectus fuit in fide. misericors. et humilis. et ideo deo placuit. In his debemus eum imitari si deo cupimus placere. Rogemus.

**De sancta elizabeth Ser. lxxviii**

**Q**ua pulchra es amica mea. et macula in te non est. **Cati. iij.** In his verbis comendat dominus sponsam suam **Elisabeth** a pulchritudine interiori quam ornat aiaz non ab exteriori: que non est necessaria ad salutem. **Sciendum** autem quod pulchritudo anime consistit in virtutibus que ornant animam et faciunt eam celesti sponso amabilem. **Prima** virtus est caritas. **secunda** castitas. **Iste** due virtutes faciunt animam pulchram. et deo placidam. **Sap. iij.** **O** quam pulchra est casta generatio cum caritate. **q. di.** **O** quam pulchra est coram deo anima illa que accensa est diuina caritate et cum hoc est casta. **Caritatem** perfectam habuit **elizabeth.** **Quia** deum super omnia dilexit. et ideo dominus eam contra dilexit. **Pro. viij.** **Ego** diligentes me diligo. et que manent ad me. et qui in iuuentute quesierit me inueniet me. **Sic** fecit beata **elizabeth** que ab infantia deum maxime dilexit. **Vnde** de ea sic legitur: quod cum esset quinq; annorum ecclesiam orandi causa sepissime intravit: ludos pueriles maxime vitabat. **Et** licet psalterium non sciret tamen coram se expandit et alios ad orandum prouocauit. et ut nemo eam velut occupatam ad ludum traheret. vel in oratione impediret: sepe in ludis venias et genuflexiones faciebat. **cu** studios ne alii consideraret. **Cum** maritum duxisset: licet iuue de nocte surrexit nesciente viro suo et orauit. et ipsa cum vna ancilla ibi orauerat ut si hora obdormiret eam per pedem trahens exorta esset. **Et** quodam vice dum pedem domine sue tangere vellet tetigit pedem domini. **Et** cum ille exortat quod si iuue quare hoc factum sit: hoc fuit sibi intimatum et sustinuit patienter. **Cum** autem vir eius aberat cum celesti sponso in oratione pernoctabat. **Et** idem ei signum dilectionis mutuo ostendit: quod sepius ei in contemplatione apparuit et cum

ea loquebatur. **Quadam** enim die dum veniret de ecclesia ex cecitate in gremium analle sue se posuit et respiciens per fenestram: vidit celum apertum et ihesum ad se inclinatum et vultum serenissimum sibi ostendentem. **Ipsa** vero huius visionis dulcedine repleta tanta hilaritate perfundit ut mirabiliter rideret: tandem ab eius aspectu ihesus se abstrahit et subito ipsa lacrimabat. **Cui** iterum se ostendens dominus dixit **elizabeth.** **Si** tu vis mecum esse: ego vero tecum ero. **Hoc** tamen non audiebat ancilla. **Elizabeth** alta voce respondens dixit. **Ita** domine si vis esse mecum: ego ero tecum. et me a te nunquam sepabo. **Quod** cum audiret ancilla. inuenerat eam cum quo loqueretur. tunc reuelauit ancille. rogans ut nulli diceret. **Ite** cum ossa viri sui de transmarinis partibus reducerentur et ipsa ea reciperet. ait. **Gras** tibi ago domine ihesu qui dulcissimi sponsi mei ossa remisisti. **Et** licet multum eum amauerim: tamen propter amorem tuum eo libenter careo. **Ut** autem totum amorem suum in deum dirigeret. rogauit dominum ut omnium temporalium contemptum sibi donaret et dilectionem filiorum suorum ultra quam necesse esset ab ea euelleret. et sic audiuit vocem sibi dicentem. **Elizabeth** exaudita est oratio tua. **Sic** patet de prima virtute que eam pulchram et deo amabilem faciebat. **s. caritas.** **Secunda** virtus que facit animam pulchram et decoram. et amabilem est castitas et mundicia cordis. **Pro. xxij.** **Qui** diligit cordis mundiciam habebit amicum regem. scilicet celestem. **Hanc** mundiciam habuit beata **elizabeth.** **Sed** pater eius rex ungarie eam lantgrauius **Turingie** **Ludowico** nomine licet inuice copulauit. **Et** licet precepto patris obediuit. tamen ex sensu cordis nunquam vicium concupiuit. **Idem** potuit bene dicere cum **sara.** **Thob. iij.** **Tu** scis domine: quod nunquam concupiui vicium. sed mundam seruauim animam

meā ab omni cōcupiscētia. Vñ post mortē viri nullo modo voluit alteri copulari. Cū em̄ quidā ep̄s eius cognat⁹ ipsam alteri copulari vellet. in consolabiliter fleuit dicēs. Et si aliē euadere nō potuero. ego mihi p̄sona liter nasū abscindā. et nullus viroz me curabit. Et vt castitatē seruaret corp⁹ suū multis ieiunjs affligebat. et a puellis suis virgis horribilitē ce di iussit. et sic patz de eius castitate. Tercia virt⁹ que facit aīam pulchrā et deo acceptā est humilitas. Iudit. ix. Dñe hūiliū et māfuetoz tibi placz deprecatio. Ihero. Nichil est q̄ nos deo ita caros facit q̄ si vite merito mag m̄ humilitate simus infimi. Eccl. in. Quāto maior es: tāto humilia te in omib⁹. et inuenies grām apud altis simū. Sic fecit beata elisabeth. Ipsa em̄ fuit magna fm̄ seculi dignitatē: qz filia regis vngarie et vxor lātgra uiertamē viliorē se reputauit q̄ ali quā suaz ancillatū. Nam ancillis in hibuit ne eā dominā vocarēt. Ad ho spitale adhuc viro suo vivēte: sepe uuit et pedes pauperū lauabat et simili ter scutellas et vtēilia coquime laua bat. Infirmos abluebat: leprosos quos null⁹ tāgere volebat ipsa tra ctabat. Mortuo viro suo religiosuz habitū iduit. vestes nigras et albi co loris fecit. Pat̄ vero rex vngarie au diēs de ei⁹ paup̄tate comitem vnū il luc misit q̄ eā reducerēt. Qui vidēs eā in tā vili habitu sedentem et flen tem sic ait. Nūq̄ filia regis sic iret Cū multū instaret vt ad patrē redi ret. Illa oīno recusauit dicēs: se poti us velle pauperē vitam ducere: q̄ bo nis oib⁹ abūdere. Quarta vtus q̄ fa cit aīam pulchrā: est sapiar: vt homo libēter sustineat tribulationez a deo missam: qd̄ est signū dilectiois Apo. in. Ego quos amo arguo et castigo. Gre. Electi filij dei feriri paterna di

lectione et cōreptione desiderāt et do lorē vulnerū medicinā putāt salutis. Talis fuit brā elisabeth que omnia aduersa libēter sustinuit. Dum emin vie eius in trāsmarinis ptib⁹ mortu us fuisset: vasalli ei⁹ qui castra et mu nitiones ei⁹ possidebāt dicebāt q̄ di spēsatrix bonoz nimis esset p̄digia. et quodā sero eiecerūt eā cū pueris suis de castris suis et de omni possessi one sua. Aueniēte autē nocte in do mo cuiusdā tabernarq̄: vbi pora iace bāt se cū pueris suis recepit. Media nocte cū fratres minores matutinas pulsarēt venit ad claustrū eoz agēs deo grās p̄ sua tribulatione: rogās frēs vt Te deū laudam⁹ cantarēt. Die sequētī vasalli ordinauerūt sibi hospiciū in domo emuli sui. et cū eaz hospes et hospita grauē sustinūssēt et nimis molestarēt. valefacēs pari etib⁹ dicēs. Libēter hoib⁹ valeface rē si inuenirē. Cum sic cōpulsā ab il lo loco recedere vellet et per quosdā lapides i via lutosa trāsiret occurrit ei quedā vetula cui multa bñficia se pe fecerat. qz paup̄ et deiecta erat: de dignabā sibi cedere: sed beata elisa beth sibi cedere volēs in lutū cecidit et surgēs vestimentū suū vidēs: gau dens tristit. Et qz sic virtutib⁹ abūda bat: deo domin⁹ eam ad gaudia per petua inuitabat. Cum autē appropin quaret temp⁹ q̄ domin⁹ dilectā suā ad se recipere vellet: dū febrib⁹ egro taret et parietē versa iacēt. audiuit auicula dulcissime cantantē: tūc et ip sa cātare cepit. Cūqz quereret aul la quare cātaret: ait Auicula quedā tā dulcē cantauit. et me ad cantū p uocauit. Auicula illa crediē fuisse ā gel⁹ ei⁹ qui ei etna gaudia nūciavit. Deinde dyabol⁹ affuit si forte i ea ali qd̄ inueniret. Quem illa vidēs. Fuge fuge. fuge. trib⁹ viab⁹ exclamauit. Appropinq̄te at̄ media nocte dixit.

Ecce appropinquat hora in qua omnipotens deus amicos suos ad celestes nuptias inuitauit: deinde emisit spiritum. In no. dñi. M. ccc. lxxvi. Ex corpore eius uisibilis odor emanauit. Eadem hora auicula multe uise sunt supra ecclesiam quas nunquam homo uiderat: que tam dulciter cantabant: ita ut omnes mirarentur quod credidit fuisse christi angelorum animam eius deducetes. Cuius corpus eius depositum esset: oleo sicut corpus beati Nicolai redudauit: ubi infirmi sunt curati: leprosi mundati: cæci illuminati. claudi sanati: et demonia liberati. Rogemus ergo sanctam Elisabeth.

De presentatione virginis gloriose.

Sermo. lxxx.

**D**ouite archam in sanctuarium templi quod edificauit Salomō. Scribuntur uerba hec originaliter. n. Paral. xxxv. et fuerunt uerba uisionis ioseph regis boni: ad sui temporis leuitas veteris testamenti quos misit archam in templo dei presentare. Nam secundum nicolaum de lyra: multo iam tempore antequam ipse regeret: archa domini extra templum constituta fuit. quod ioseph rex indignus existimans eam ponere in templo iussit. Quod quidem factum conueniens fuit figura eius quod hodie factum est in beatissima uirgine maria: quod uia uiua et sacratissima archa extitit in qua eterni patris celestis filii uirginis uoluit incarnari: uoluit: nouemque mensibus clausus fuit. Quam dignissimam uiam archam uirginem benedictam cum sui scilicet parentibus usque ad tempus ablactationis in domo sua extra scilicet templum sollicitate nutriti uissent. Jam tunc nullibi iudicauerunt tam digne et honorifice reponendam et seruandam sicut in sacratissimo dei templo illo in iherusalē. Ad quod se eandem presentandam seculo suo uoto dudum ante obligauerunt et hodie publice et solemniter satisfecerunt id adimplendo. Vnde psalmus. Uerte et reddite domino deo uisum. Et iterum. Redde altissimo uota tua. Eccle. v.

Si quod uolueris deo neminem reddere. Sic ergo fecerunt quemadmodum in uerbis thematis sonuit eam in templo ponendam: ut ait themata. Ponite archam etc. Sciendum autem quod in presenti sermone quatuor sunt principaliter notanda. Primo congruentia huius festiuitatis institutio. Secundo dicitur unde sumpsit sibi patris festiuitatis nomen et originem et quo facta sit hodierna presentatio. Tertio ut magis pateat huius festiuitatis utilitas ponentem cause rationabiles presentationis. Quarto quomodo se habuerit beatissima uirgo in illo statu ad quem nunc deputata extitit. Pro primo ergo aduertendum est quod festiuitates gloriosissime uirginis marie non sunt aliud quam quodam celebres annue diei commemorationis quorundam precipuorum que in ea siue circa ea gesta sunt. Cum ergo hec eadem acta: propter que eius festiuitas magis constat in salutem et utilitatem totius generis humani peragisse. Ideo merito ab omnibus debet communiter eius festiuitas cum reuerentia annue peragere et commemorari ne ingrati inueniamur super tantis beneficiis impenis. Est itaque presentatio beate marie misericordis gratiosus et beneficis actus post eius natiuitatem. Quare ergo minus festiuitati deberet quam ipsa eius natiuitas. Presertim hinc tribus iam enumerandis. Primo si uirginis benedictae natiuitas sancta extitit non minus sancta fuit eius presentatio: quod eadem uirgo que in mundo sancta est nata: est postea non minus: sed eque uel magis sancta in templo presentata a suis parentibus non minus sanctis quam tunc essent cum ipsa nascere. Ecce sanctitatem tam presentatam quam presentantium personarum. Vide etiam loca sanctitatis: quod ad templum tunc temporis in orbe terrarum sanctissimum puto salomonis. Secundo. si uirginis natiuitas fuit ad salutem generis humani non minus eius presentatio cum ipsa in hoc templo materiali sui sanctissimum templum aptauit. parauit: et dignificauit.

n i

MS quod sunt festiuitates /

presentatio beate marie est actus misericordis gratiosus et beneficis

In presentatione uirginis gloriose themata

Quasi luna plena in diebus suis hinc et inde respiciens. pro illa respulsi in templo dei hinc et inde assumunt etc.

